Seinem hochverehrten Lehrer

Herrn Geheimen Regierungsrat

Prof. Dr. Vahlen

der Verfasser.

DE CONIUNCTIVI ET OPTATIVI USU EURIPIDEO IN ENUNTIATIS FINALIBUS ET CONDICIONALIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS
DIE XXII. M. MARTII A. MDCCCXCIII
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

FRANCISCUS JOHNSON
AMERICANUS.

ADVERSARII ERUNT
BERNHARDUS PAQUÉ, CAND. PHIL.
IUSTINUS NEISSER, CAND. PHIL.
ERNESTUS RICHTER, DR. PHIL.

BEROLINI 1893
RICHARD HEINRICH.

Seinem hochverehrten Lehrer

Herrn Geheimen Regierungsrat

Prof. Dr. Vahlen

der Verfasser.

DE CONIUNCTIVI ET OPTATIVI

USU EURIPIDEO

IN ENUNTIATIS FINALIBUS ET CONDICIONALIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS
DIE XXII. M. MARTII A. MDCCCXCIII
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

FRANCISCUS JOHNSON
AMERICANUS.

ADVERSARII ERUNT
BERNHARDUS PAQUÉ, CAND. PHIL.
JUSTINUS NEISSER, CAND. PHIL.
ERNESTUS RICHTER, DR. PHIL.

BEROLINI 1893
RICHARD HEINRICH.

PATRI CARISSIMO

S

Adhuc nemo, quod sciam, coniunctivi et optativi usum Euripideum in enuntiatis secundariis investigavit. Proske quidem septimo huius saeculi decennio de sententiarum finalium apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem usu, Ludovicus Tachau a. 1880 de enuntiationum finalium apud Euripidem usu atque ratione disseruerunt. Cum vero illi viri omnia enuntiata finalia tractaverint, mea commentatio iis sententiis finalibus et condicionalibus definita est, in quibus coniunctivus et optativus inveniantur.

Ceteris in enuntiatis secundariis istorum modorum usum postea in patria mea tractare habeo in animo.

Pars prior.

De enuntiatis finalibus.

A. De enuntiatis quae sunt quasi adverbia.

Tria sunt genera enuntiationum finalium, adverbialia, substantiva, ea quae notiones timendi vel suspicandi sequuntur. In adverbialibus, qua consilium perficitur, actio, in aliis vero consilium tantummodo, non actio quae est necessaria, exprimitur. Particulae quae usurpantur sunt *ἵνα, ὅπως, ὡς, ἵνα μή, ὅπως μή, ὡς μή*. Qui usus fuerit Euripideus, quatenus hic usus a ratione ceterorum tragicorum et omnino scriptorum Atticorum differat, nunc quaeretur.

Ac primum quidem de enuntiatis revera finalibus, adverbialibus, agamus.

I. De conjunctivo in sententiis adverbialibus adhibito.

Cum viri docti de propria hujus modi vi inter se dissentiant, eum semper ad rem futuram in lingua graeca pertinere inter omnes constat. Hac in re a coniunctivo Latine differt, qui etiam ad rem praesentem et praeteritam spectat. Usus eius sunt hi, adhortativus, deliberativus, finalis, is qui in enuntiatis relativis, temporalibus, condicionalibus reperitur; praeterea in Homeri carminibus usus futuralis, qui a futuri usu vix differt.

Delbrueckius[1]) coniunctivum modum volendi appellavit. Sed cum ille de modorum propria atque vera significatione VIII annis post[2]) scriberet, sic verba fecit: „Eine andere Möglichkeit wäre, in beiden Modi" (coni. et opt.) „den futurischen Sinn zu finden, und zwar im Conjunctiv die Bezeichnung der nahen, im Optativ der ferneren Zukunft."

Et Goodwinius quidem res futuras his modis designari censuit[3]), coniunctivum ad rem futuram propiorem, optativum ad remotiorem spectare existimavit.

Cui assentior, cum praesertim certe coniunctivus ad futura semper pertineat[4]), optativus isti modo, sententiae ratione mutata, saepe respondere videatur.

Coniunctivum modum volendi, optativum modum optandi[5]) esse ex usu in enuntiatis finalibus elucere non censeo. Nam ut exemplis utar, si dicitur *ἀναγιγνώσκει ἵνα μάθῃ* et *ἀνέγνω ἵνα μάθοι*, aliquid optari non magis optativo quam coniunctivo significatur.

Tria enuntiatorum finalium genera apud Euripidem inveniuntur: pendent enim coniunctivus et optativus

a) a particula *ἵνα*.

ἵνα vox primitus adverbium relativum fuit, et locali quidem, rarius temporali, vi olim adhibebatur. Usus temporalis in Antiphontis orationibus p. 142 hoc restat exemplum: *ἵνα μὲν ἐξῆν αὐτοῖς . . . . . ἀποφῆναι ἄνδρα ἐχθρὸν τιμωρήσασθαι*. Alterius usus relativi, localis, plura exempla sunt: e, g. in Soph. Tr. 1145 *φρονῶ δὴ ξυμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν*,

---

[1]) In libro qui inscribitur. „Der Gebrauch des Conjunctivs und Optativs im Sanskrit und Griechischen („Syntaktische Forschungen", vol. I) 1871 p. 17 sq. Cf. etiam p. 11.

[2]) L. l. vol. IV, 1878, p. 117.

[3]) In libro quem inscripsit „Syntax of Greek Moods and Tenses," 1889, p. 371 sqq. Sed fere eandem sententiam a. MDCCCLXXIX ederat in gramm. graec. sua, p. 257 sq.

[4]) Cf. Kuehnerum (Ausf. Griech. Gramm.) p. 184.

[5]) Cf. Delbrueck. l. l. vol. I. p. 13 et passim.

Ar. Nub. 190 ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί, Eur. Bacch. 1381 seq. ἄγετ', ὦ πομποί με, κασιγνήτας ἵνα συμφυγάδας λήψόμεθ' οἰκτράς. Cf. Hec. 2. 711. Nonnunquam *quo* significabat: e. g. Soph. O. R. 687 ὁρᾷς ἵν' ἥκεις; Eadem verba in Oed. Col. 937 reperiuntur.

Ac fortasse haec particulae notio est originalis[1]). Eandem originem habere videtur quam ἕο, οὗ, et pronomen Latinum is[2]), et vix dubitari potest, quin enuntiatum, quod postea secundarium factum est, primum fuerit primarium, vel eodem tenore progrediens.

Semel quidem apud Eur. vis et localis et finalis observatur: Hipp. 732 seqq.

> ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν,
> ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν
> θεὸς ἐν ποταναῖς ἀγέλαισι θείη.

Hoc loco ἵνα significatione locali plane carere non potest, sed illi inhaerere notionem finalem eo demonstratur, quod ἄν particula deest. Si addatur ἄν, optativus potentialis, qui vocatur, exstet, et condicio mente addenda sit[3]). Sic transitum est ex vi locali (relativa) in finalem, quae multo usitatior facta est quam illa prior.

Sed neque Eur. neque alii poetae tragici ἵνα particulam in enuntiatis finalibus praetulerunt: nam ille locis CCX ὡς adhibuit, Sophocles LVII, Aeschylus XXXIV, cum primus LXXI, alter XIV, tertius II exempla prae-

---

[1]) Akenius in libro quem inscripsit „Die Grundzüge der Lehre vom Tempus und Modus im Griech. hist. und vergleichend aufgestellt," 1869, p. 114 sic dicit: „Die ganze finale Verwendung des ἵνα ist nur aus wohin erklärlich." Et in p. 113 ἵνα nominat „die schärfste Finalconjunction, eine unmittelbare Hinrichtung der Handlung auf ihr Ziel bezeichnend".

[2]) Delbrueck. l. l. p. 57 seq. sic dicit: „Im Griech. wird ἵνα als Instrumentalis angesehen (Curtius Erläut. [2] 195), was die Form allerdings an die Hand giebt. — In ἵνα liegt also ausgedrückt, dass der eine Satz mit dem andern in einer Verbindung von Ursache und Wirkung steht."

[3]) Sic vis localis, non finalis in particula insit.

beant, ubi ἵνα sic usurpatum est. Sed Aristophanes et paene omnes scriptores orationis solutae Attici et Herodotus ἵνα praetulerunt, Thucydides et Xenophon saepius ὅπως adhibuerunt quam ἵνα et ὡς[1]).

Ubi consilium exprimitur, ἵνα numquam cum futuro conjungitur, interdum tamen cum praeterito indicativi construitur, ubi de praeterito sermo est.

1. Post tempora primaria[2]).

α) Imperativus in enuntiato libero exstat.

And. 433 ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους τούσδ', ἵν' εἰς ἐλευθέρους
δούλη γεγῶσα μήποθ' ὑβρίζειν μάθῃς.

Verba sunt Menelai. Si ea ratio inter membra huius periodi intercedit, quae est inter causam et eius effectum[3]), vera atque propria significatio verborum haec est: *abi hanc domum: sic disces* etc. Sed cum sententia sic intelligi possit, vis finalis manifesta est. Et actio quidem exprimitur (ἕρπε), qua consilium Menelai perficiatur, ut enuntiatum r e v e r a finale sit.

Particula negativa μή cum ἵνα non coniungenda est. Sic construe: ἵνα μάθῃς μήποθ' ὑβρίζειν. Cf. Tr. 1041 ἵν' εἰδῇς μὴ καταισχύνειν ἐμέ, et Hipp. 729.

El. 140 Θὲς τόδε τεῦχος ἐμῆς ἀπὸ κρατὸς ἑ-
λοῦσ', ἵνα πατρὶ γόους νυχίους
ἐπορθοβοάσω
ἰαχὰν ἀοιδὰν μέλος Ἀίδα.

De verbis Electrae θὲς τ. τ. ε. α. κτἑ. viri docti dissentiunt. Johannes Vahlenus in indice lectionum anni

---

[1]) Cf. Weberi librum quem inscripsit „Entwickelungsgeschichte der Absichtssätze," 1884, p. 101.

[2]) Tempora conjunctivi, aoristum et praesens et perfectum, non secernam alterum ab altero. Hoc tamen in enuntiatis conditionalibus gravius mihi videtur. Cf. infra.

[3]) Cf. supra.

MDCCCLXXXVII de hoc loco sic scripsit: „Weilius cum Dobraeo θῶ τ. τ. ἐμῆς ἀπὸ κρατὸς ἑλοῦσα positum fuisse coniecit, eo usu loquendi quo φέρ᾽ ἴδω et similia dici solent, ut semet ipsa Electra his verbis admoneat; Wilamowitzio autem, qui iam illa quae dicit Electra v. 56 s. πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι οὐ δή τι χρείας εἰς τοσόνδ᾽ ἀφιγμένη paratam ancillae opem indicare existimavit, nunc Electram ancillam comitem appellare visa est, eamque iubere ut urnam sibi de capite sumat. At vero de comite Electrae nos aegre concedimus, quae si non sola erat solamque esse poeta voluit, species ipsa ancillari habitu incedentis aliqua ex parte corrumpi videtur; nec plus quam Electram, quam ipsam esse famulam suspicantur, Orestes et Pylades conspexerunt (v. 107 sqq.); quodque se negat Electra necessitate coactam servili opere fungi, id quo iure neget maritus eius dehortando declarat (v. 64 sqq.)" etc.[1]) Electra igitur verbo θές se ipsam alloquitur[2]). Res futura propior conjunctivo ἐπορθοβοάσω respicitur.

Jon. 1601 νῦν οὖν σιώπα, παῖς ὅδ᾽ ὡς πέφυκε σός,
ἵν᾽ ἡ δόκησις Ξοῦθον ἡδέως ἔχῃ,
σύ τ᾽ αὖ τὰ σαυτῆς ἀγάθ᾽ ἔχουσ᾽ εἴης, γύναι.

Sic in codd. legitur, quam scripturam Wakefieldius et Porsonus recte in ἴῃς mutaverunt, quos editores recentiores sunt secuti. Optativus locum habere non potest. Coniunctivus in v. 1602 secundum regulam reperitur, neque alter modus in v. 1603, inter quem et verbum σιώπα in v. 1601 eadem ratio intercedit quae inter σιώπα et v. 1602, tolerari potest. Nullus alius locus Euripideus est, ubi optativus cum ἵνα coniunctus in libris invenitur. De ὡς et ὅπως cf. infra. Ad hunc locum Matthiaeus dicit: „Optativus post coniunc-

---

[1]) pp. 7. 8.

[2]) Cf. v. 112. sq., v. 127 sq., v. 125 sq., v. 150.

tivum positus esse videtur, quia hoc se non tam futurum praevidere, quam optare profitetur Pythia, pro *σύ τ' ἔχουσα ἦς — εἴθε ἔχουσ' εἴης*. Ille duas structuras, quae menti poetae obversatae sint, in unam confusas esse existimavisse videtur, quod minime verisimile est[1]).

β) Praesens indicativi *ἵνα* praecedit.

Suppl. 176 *σοφὸν δὲ πενίαν τ' εἰσορᾶν τὸν ὄλβιον,*
πένητά τ' εἰς τοὺς πλουσίους ἀποβλέπειν
ζηλοῦνθ', ἵν' αὐτὸν χρημάτων ἔρως ἔχῃ,
τά τ' οἰκτρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδορκέναι.

Adrastus, rex Argorum, apud Thebas victus jam auxilium a Theseo petit, ut Thebani sibi eos qui illic ceciderunt ad sepeliendum tradere cogantur. Si v. 166 *πολιὸς ἀνὴρ τύραννος εὐδαίμων πάρος*, quem Dindorfius damnavit, non plane spurius est, vox *πολιός* inepta mihi esse videtur, pro qua *πένης* propono, quippe quod v. *εὐδαίμων* oppositum sit. Sic v. *πένητα* (v. 177) Adrastus ipse vel A. et matres quae eum comitatae sunt respiciuntur. Versus 177 sq. tamen suppositicios esse verisimile est, cum a sensu qui nexu requiritur alieni sint. Poeta igitur sic scripsisse videtur *σοφὸν δὲ πενίαν τ' εἰσορᾶν τὸν ὄλβιον τά τ' οἰκτρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδορκέναι*, ubi *τὰ οἰκτρά* voci *πενίαν* et verba *τοὺς μὴ δυστυχεῖς* opposita sunt vv. *τὸν ὄλβιον*. Quos versus (177 sq.) Kirchhoffius[2]), Nauckius autem vv. 176—183 seclusit.

In Iph. A. 878 Clytaemnestra senem cur Agamemno filiam suam interficere in animo habeat his verbis interrogat *ἐκ τίνος λόγου; τίς αὐτὸν οὑπάγων ἀλαστόρων;* Cui ille respondet

---

[1]) Ceteri loci ubi imperativus *ἵνα* praecedit hi sunt: And. 589. 843, Bacch. 355, Hec. 1125, Hel. 870. 995. 1416, El. 292. 999, H. f. 245, J. A. 117. 320. 1009. 1239, J. T. 547, Jon. 1267, Cycl. 94. 346, Or. 1443. 1628, Tr. 1041.

[2]) A. MDCCCLXVII.

θέσφαθ', ὥς γέ φησι Κάλχας, ἵνα πορεύηται στρατός.

Verba *τὰ ἐπάγοντα* (*ἐστί*) ex v. praecedenti subaudienda sunt[1]).

γ) Futurum in en. libero exstat.

Etiam hac in structura res futura propior respicitur. Duo loci inveniuntur: Hipp. 729 et Iph. A. 1168.

δ) Perfectum indicativi *ἵνα* praecedit.

Hel. 982 *κτανεῖν δέδοκται τήνδ' ἐμοὶ κἄπειτ' ἐμὸν*
πρὸς ἧπαρ ὦσαι δίστομον ξίφος τόδε
τύμβου 'πὶ νώτοις τοῦδ', ἵν' αἵματος ῥοαὶ
τάφου καταστάζωσι.

Hic vis consecutiva particulae facile perspicitur.

ε) *ἵνα* conjunctivum deliberativum sequitur.

And. 848

ποῦ δ' εἰς πέτρας ἀερθῶ
ἢ κατὰ πόντον ἢ καθ' ὕλαν ὀρέων,
ἵνα θανοῦσα νερτέροισιν μέλω;[2])

Hunc coniunctivi usum a futuro non multum differre eo demonstratur, quod futurum loco illius modi nonnunquam adhibetur; e. g. in El. 967.

OP. τί δῆτα δρῶμεν μητέρ'; ἦ φονεύσομεν;

Metrum obstat quominus *φονεύσωμεν* legatur.

Etiam in Hippolyti v. 1066:

ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων τρέψομαι;
Jon. 758 *εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν;*[3])

η) Restat ut loci, ubi enuntiata primaria, quorum sententia est *τοῦτο λέγω* vel verba similia enumerentur.

---

[1]) Ceteri loci sunt hi: Hel. 65. 883, H. f. 328.
[2]) Alter locus est And. 199.
[3]) Cf. Ar. Acharn. 312, Plat. Gorg. p. 505 b et al.

Hel. 1202 *τίς ἐστί; ποῦ 'στιν; ἵνα σαφέστερον μάθω.*[1])
Theoclymenus dicit: *Rogo, ut planius discam.*

ζ) Indicativus praes. vel fut. ἵνα μή praecedit.
Loci sunt tres: Jon. 950. 1381, Tr. 1177.

2) Post tempora secundaria.

In Bacch. 475 deus Pentheo roganti sacrorum suorum mysteria revelare recusaverat. Hic ita respondet *εὖ τοῦτ' ἐκιβδήλευσας, ἵν' ἀκοῦσαι θέλω. „Callide respondisti ut audire cupiam."* Hoc loco aoristus ad sensum tempus primarium est: nam consilium est in praesentia. Quam praesentis sententiam Fritschius recte percepit, cum verteret

„Schlau hinzuhalten weisst du, wo ich hören soll,"
quamquam particula potius finalis quam localis est. Ubi a consilio, quod tempore praeterito captum est, non desistitur in praesenti, coniunctivus in membro secundario locum habet.

Bacch. 807 *ξυνέθεσθε κοινῇ τάδ', ἵνα βακχεύητ' ἀεί.*
Etiamnunc hoc facere in animo habetis.

Hec. 26 . . . . . . *καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς*
μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.

Polymestor, qui ut aurum sibi commissum pro suo habeat filium Priami cecidit, ab avaritia nondum destitit.

El. 95 *ἀφικόμην*
πρὸς τέρμονας γῆς τῆσδ', ἵν' ἐκβάλω ποδὶ
ἄλλην ἐπ' αἶαν κτλ.

Orestes vereri nondum desiit, ne agnoscatur.
Uno loco ἵνα μή invenitur.

Hec. 58 *ἐς Ἴλιον*
οὐκ ἦλθον, ἵνα μὴ λέκτρ' ὑποστρώσω τινί.

Dei in sententia perstant.

---

[1]) Ceteri loci hi sunt: Hec. 1243, Herc. f. 561, J. A. 1148, J. T. 779, Jon. 804, Cycl. 676, Or. 1400, Tr. 1029. 1177. 1265.

b) a particula ὡς sine ἄν.

Haec pronominis relativi forma adverbialis, quae primitus casus ablativi fuit, vere atque proprie locum unde aliquid moveri incipit significat.[1])

Sed pronomine relativo ipso c. conjunct. apud Homerum,[2]) pronomine et adverbio relativo c. ind. in Atticorum scriptis consilium exprimitur.

Sic ὡς c. futuro in enuntiationibus finalibus interdum usurpatur. Et unum quidem exemplum apud Euripidem exstat.[3])

Bacch. 781

κέλευε πάντας ἀσπιδηφόρους
ἵππων τ' ἀπαντᾶν ταχυπόδων ἐπεμβάτας
πέλτας θ' ὅσοι πάλλουσι καὶ τόξων χερὶ
ψάλλουσι νευράς, ὡς ἐπιστρατεύσομεν
Βάκχαισιν·

ἐπιστρατεύσομεν metri causa in coniunct. mutari nequit, neque ὡς causale esse videtur. Quod Kirchhoffius, Nauckius, Weckleinius interpunctionem levem post v. *νευράς* posuerunt, vim finalem in particula ὡς inesse, ut puto, censuerunt.

ὡς significatione relativa numquam plane caret, quapropter nonnullis locis cum ἄν copulatum reperitur.[4])

---

[1]) Cf. Delbrueck. l. l. vol. II, p. 56; etiam p. 57, ubi haec recte dicere mihi videtur: „Die logische Anwendung" (prius de vi temporali particulae similis in lingua Sanscritica sermo fuerat) „liegt besonders deutlich im Griech. vor, wo ὡς in posteriorischen Sätzen „damit" bedeutet, das heisst andeutet, dass das Motiv . . . im Hauptsatz zu suchen sei."

[2]) Cf. Goodwin. l. l. p. 109.

[3]) Cf. Soph. Oed. 1724 *AN.* *πάλιν, φίλα, συθῶμεν.* *ΙΣ.* *ὡς τί ῥέξομεν*, ubi metrum obstat, quominus primaria scriptura cod. Laur. recipiatur. Vis finalis facile perspici potest.

[4]) Cf. Brugmann. Gram. graec., 1890, p. 232: „Die Funktionen von ὡς und ὅπως lassen sich alle von der Bedeutung „wie" aus entwickeln."

1) Post tempora primaria.

α) Imperativus ὡς praecedit.

Med. 1315

ἐκλύεθ' ἁρμούς, ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν,
τοὺς μὲν θανόντας, τὴν δὲ τίσωμαι φόνῳ.

τίσωμαι secundum codd. *B*, c, d in optimis editionibus recentibus scriptum est, sed Nauckio, cum hanc scripturam receperit, locus corruptus esse visus est. Nescio an Weckleinius recte sic explicaverit: „*τὴν δὲ τίσωμαι φόνῳ*: statt des gewöhnlichen *τὴν δὲ φονεύουσαν μέλλουσαν θανεῖν* oder *τίσουσαν φόνον* („die Mörderin, die den Mord mit dem Tod büssen soll") tritt mit Verlassung der Participialconstruction und unter Anschluss an *ὡς ἴδω* das ausdrucksvollere *τὴν δὲ τίσωμαι φόνῳ* ein. Natürlich darf man *διπλοῦν κακόν* nicht vom Tode der beiden Kinder verstehen (*διπλοῦν κακὸν ἢ τὸν θάνατόν φησι τῶν δύο τέκνων ἢ τὴν Μήδειαν* Schol.). Jason will die Gemordeten und die Mörderin sehen; jene, um sie zu beweinen, diese, um sie zu strafen (vgl. v. 1318)." Weilio *τὴν δὲ τίσουσαν φόνον* proponenti non assentiendum est, quippe quod nimis longe a codicum scripturis recedat. Correcturae autem Heimsoethii et Herwerdeni *τὴν δὲ πινῶσαν φόνῳ* et *τὴν δὲ λυσσῶσαν φόνῳ* etiam minus tolerari possunt.

Futurum *τίσομαι* cum coniunctivo *ἴδω* in enuntiato finali coniungendum non est.

Particula *ὡς* hoc loco non est plane finalis, sed quodam modo consecutiva.

Etiam manifestior est vis consecutiva in Hel. 997 *οὕτω δὲ κρῖνον, ὡς ἅπασιν ἁνδάνῃς.*

Talibus locis ab usu relativo ad finalem transitur.

Hipp. 565 *ΦΑΙ. σιγήσατ', ὦ γυναῖκες· ἐξειργάσμεθα.*
568 *ΧΟ. σιγῶ· τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.*
567 *ΦΑΙ. ἐπίσχετ'· αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.*
566 *ΧΟ. τί δ' ἔστι, Φαίδρα, δεινὸν ἐν δόμοισι σοῖς;*

Sic Wilamovitius hos versus recte disposuit, quem secutus est Weckleinius.

Nam Phaedra choro dicit σιγήσατ᾽, ὦ γυναῖκες, cui ille respondet σιγῶ, neque chorus dixisset τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε, nisi his verbis v. 565 respectus esset. Denique verba ἐν. δόμοισι σοῖς ad voc. ἔσωθεν in v. 567 respondent. V. ἐκμάθω in 567 in plerisque codd. scriptum est, cum in cod. Vaticano 909 (B) et in Laurentiano 32, 2 (*C* man. sec.) ὡς μάθω legatur. Prima manus Laur. 32, 2 ἐκμάθω scripsit.[1]) Sic videtur ἐκμάθω recipiendum esse, praesertim cum coniunct. similiter post alia verba usurpetur: e. g. Or. 1258 χωρεῖτ᾽, ἐπειγώμεσθα, et quidem nonnumquam nullo verbo praecedente. Sed mihi res non certa esse videtur. Nam hic locus apud Euripidem exstat:

El. 757 *ΗΛ.* σφαγὴν ἀυτεῖς τήνδε μοι· τί μέλλομεν;
ΧΟ. ἔπισχε, τρανῶς ὡς μάθῃς τύχας σέθεν,

ut comperias (nam nuntius appropinquat) *Quid Oresti acciderit.* Electra uno nititur cod. *C.* Hae sunt lectiones in Hipp. 567:

ἐπίσχετ᾽, αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω,

secundum codd. A, C, E, a, b, c, d, *B.*

ἐπίσχετ᾽, αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ὡς μάθω.

Sic in B et *C* (m. sec.) legitur.

El. 758 ἔπισχε, τρανῶς ὡς μάθῃς τύχας σέθεν.

Sed librarius cod. *C* in Hippolyto de Electrae loco cogitare potuit[2]).

---

[1]) Cf. Wecklein. ad hunc locum.

[2]) Ceteri loci hi sunt: Alc. 720, And. 1241, Bacch. 61. 1108. 1203. 1214. 1322, Hec. 174. 536. 550. 613. 896. 1021. 1131. 1217, Hel. 146. 333. 867 (Schaeferus locum correxit). 1440, El. 250. 758. 792, H. f. 331. 1255. 1406, Suppl. 360. 578. 817, Hipp. 296. 809. 1265, J. A. 541. 1340. 1533, Jon. 728, Cycl. 131 (Canterus locum correxit). 152. 619. 653, Med. 1315, Or. 631. 797. 1350, Tr. 454. 508. 635. 1268. 1176, Phoen. 781. 1089. 1450. 1693, fragg. 353. 364 v. 33.

Hel. 865 ἡγοῦ σύ μοι φέρουσα λαμπτήρων σέλας
θείου δὲ σεμνὸν θεσμὸν αἰθέρος μυχόν,
ὡς πνεῦμα καθαρὸν οὐρανοῦ δεξώμεθα.

In v. 866 Hermanni coniectura probabilis, quam adoptavit Nauckius, loco scripturae cod. θεῖον δὲ σεμνοῦ θεσμὸν αἰθέρος μυχῶν, recepta est. *Sulfure purga, sanctam legem observans, omnem aethera*[1]). V. 867 δεξαίμεθα ab Schaefero in δεξώμεθα recte mutatum est, ut quod poetae Attico vix condonetur.

Cycl. 131 οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός;

Hac in structura secundum usum poetarum scenicorum imperativus quem Canterus scribi volebat, non quod in libris hoc loco legitur futurum δράσεις, a Kirchhoffio et Nauckio receptus est. Sed Hermannus δράσεις retinuit.

Locos nonnullos ubi haec verba inveniuntur afferam.

Hec. 225 οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; In manuscriptis et δρᾶσον et δράσεις leguntur.

Herc. f. οἶσθ' ὅ μοι σύμπραξον;
J. T. 1203 οἶσθά νυν ἅ μοι γενέσθω;
Soph. O. T. 543 οἶσθ' ὡς πόησον;
Ar. Av. 54 Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον;

Formam δράσεις in Cycl. 131 corrigendam esse veri simile est.

β) Praesens indicativi ὡς praecedit.

Alc. 74 στείχω δ' ἐπ' αὐτήν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.

Macrobius (Sat. V, 19, 4), qui hunc locum attulit,

---

[1]) Sic vertit Hermannus, qui in adnotatione ad hunc locum inter alia haec scripsit: „Saepissime vicinorum verborum terminationes permutantur, ut facillima fuerit ab θείου σεμνὸν aberratio ad θεῖον σεμνοῦ. Accusativi autem σεμνὸν θεσμόν adiecti sunt, quia in imperativo θείου illud inest, imple legem.“ Cf. etiam Plutarchi librum qui est de Jside et Osiride cap. 80.

κατάρξωμαι legit, quam lectionem cod. *B* praebet, cum in aliis κατάρξομαι legatur.

Tam pauci loci Euripidei sunt, ubi metri causa ambigi potest futurumne an coni. exstet, ut κατάρξωμαι scribendum esse concludere possimus.

Nam, ut exemplo utar, in Alc. 720

> μνήστευε πολλάς, ὡς θάνωσι πλείονες,

forma est coniunctivi.

E. 54
> ὦ νὺξ μέλαινα, χρυσέων ἄστρων τροφέ,
> ἐν ᾗ τόδ' ἄγγος τῷδ' ἐφεδρεῦον κάρᾳ
> φέρουσα πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι
> οὐ δή τι χρείας εἰς τοσόνδ' ἀφιγμένη,
> ἀλλ' ὡς ὕβριν δείξωμεν Αἰγίσθου θεοῖς
> γόους τ' ἀφείην αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί.

Adolphus Kirchhoffius hos seclusit tres versus

> οὐ δήτι χρείας εἰς τοσόνδ' ἀφιγμένη,
> ἀλλ' ὡς ὕβριν δείξωμεν Αἰγίσθου θεοῖς
> γόους τ' ἀφείην αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί.

ἀφίην (v. 59) in cod. legitur, pro quo, Reiskio praecedente, Nauckius et Wilamovitius ἀφίημ' scripserunt, cum Nauckius vv. 57 sq. deleat, alii loco παρενθέσεως eosdem versus segregent. Seidlerus ad hunc locum haec scripsit: „Vereor ut aptius hic sit parentheseos locus.“ Heathius qui ἀφίω γ' correxit, et Schaeferus, qui ἀφῶμεν edidit, idem sensisse videntur. A Wilamovitio interpunctionem gravem post ἀφιγμένη ponente et ἀφίημ' scribente dissentio, quia, ut Johannes Vahlenus[1]) monuit, ἀφίημι praesentis forma sensui loquentis non paret. Nam post colloquium cum marito habitum (vv. 64—81), postquam ab aquando rediit, μονῳδίαν canit ex duabus partibus constantem, cum pri-

---

[1]) In indice lectionum a. MDCCCLXXXVII, p. 5.

mum (vv. 112—138) Aegisthi contumeliam enarret, deinde patri lamentationem in aethera mittat (vv. 140—166).[1]

Vahlenus, vir doctissimus, qui tamen versus 57—59 genuinos esse censet, sic scripsit:

„Quae tribus istis versibus (57—59) Electra dicit se necessitate nulla constrictam sed aliis motam consiliis ad hauriendam aquam mane exire cum urna, ea nec satis concinunt cum iis quae marito dehortanti morata oratione respondet v. 71 sqq. (cf. p. 5) et ab illis discedunt quae fratri narrat, quem fratrem esse nondum cognovit, cum complexa omnia quae cantando aut ultro aut a choro excitata ante de sua calamitate exposuit, hanc quoque partem aerumnosae vitae numerat, quod *αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα κερκίσιν πέπλους, αὐτὴ δὲ πηγὰς ποταμίους φορουμένη* (309) vivere cogatur. Denique quem ducis filia ad serviles operas necessaria sorte deiecta movere possit dolorem ipsa minuit affirmando necessitatem ab his laboribus abesse. Huius modi argumentis fortasse Kirchhoffius adductus est ut hos tres versus ab Euripidis tragoedia secludi mallet, cum praesertim his eiectis ea quae sequuntur commodius ad superiora adiiciantur."

Non possum facere quin Kirchhoffium recte hos versus seclusisse concludam; Euripidem *ἀφείην* scripsisse, quod a Porto propositum Kirchhoffius recepit, mihi parum verisimile videtur.

Herc. f. 1218

τί μοι προσείων χεῖρα σημαίνεις φόνον;
ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων;

Haec fabula cod. Florentino 32, 2 nititur, in quo *βαλεῖ* legitur, quod Scaliger in *βάλῃ* mutavit.

Jam tres locos, ubi in codd. futurum loco coniunctivi

---

[1]) Cf. Vahlenum l. l. pp. 6 sqq., pp. 11 sq.

ὡς particulam in enuntiationibus finalibus sequitur, enumeravi (Alc. 74, Med. 1315, Herc. f. 1218), qui metro non obstante corrigi possunt. Omnibus ceteris locis[1]), excepto illo quem supra laudavimus (Bacch. 784), non est causa cur coni. intelligi non possit.

Iph. A. 1594

ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται,
ὡς μὴ μιάνῃ βωμὸν εὐγενεῖ φόνῳ.

μιάνῃ in apogr. Par. legitur, cum codd. *B* et *C* *μιάνοι* praebeant. Hic locus supplementi interpolatoris est, quocirca praetereundus.

γ) Futurum particulam ὡς praecedit.

Tr. 1153 ἀλλ᾽ εἶμ᾽ ὀρυκτὸν τῷδ᾽ ἀναρρήξων τάφον,
ὡς σύντομ᾽ ἡμῖν τἀπ᾽ ἐμοῦ τε κἀπὸ σοῦ
εἰς ἓν ξυνελθόντ᾽ οἴκαδ᾽ ὁρμήσῃ πλάτην.

Reiskius, Nauckius, Kirchhoffius ὁρμήσῃ loco scripturae cod. *B* ὁρμίσῃ et codd. B, C, G ὁρμήσει receperunt. Forma verbi ὁρμᾶν requiritur; sensus enim est: ut una navem domum propellamus, non: subducamus et appellamus (ὁρμίζειν). Sine dubio coni. forma scribenda est.

δ) In enuntiato libero perfectum exstat.

Tr. 58 πρὸς σὴν ἀφῖγμαι δύναμιν, ὡς κοινὴν λάβω.

Consilium in praesenti esse consentaneum est.

ε) In enuntiato libero coni. deliberativus exstat.

J. T. 1216 ΙΦ. ἅγνισον πυρσῷ μελάθρον.
ΘΟ. καθαρὸν ὡς μόλῃς πάλιν;

Coni. ἁγνίσω subaudiendus est. ἁγνίσω καθαρὸν ὡς μόλῃς πάλιν;

Hec. 87 ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν
88 καὶ Κασάνδραν ἐσίδω, Τρῳάδες,
89 ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;

---

[1]) Sed cf. Tr. 1155 infra.

Iph. A. 1616 sqq.

πῶς δ' οὐ φῶ
παραμυθεῖσθαι τούσδε μάτην μύθους
ὥς σου πένθους λυγροῦ παυσαίμαν;

ubi optativus coni. delib. sequitur, cum ab interpolatore versus additi sint, non sunt considerandi.

ζ) Aoristus gnomicus *ὡς* praecedit.

Hipp. 628

προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ θρέψας πατὴρ
φερνὰς ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.

Sensus huius aoristi hic est: olim fecit (et etiamnunc facere solet et semper faciet). Res praeterita quaedam loco omnium rerum quae in eadem causa sunt adhibetur.

η) *ὡς* ex enuntiato finali pendet.

Hel. 63 *τὸν πάλαι δ' ἐμὸν πόσιν*
τιμῶσα Πρωτέως μνῆμα προσπίτνω τόδε
ἱκέτις ἵν' ἀνδρὶ τἀμὰ διασώσῃ λέχη,
ὡς, εἰ καθ' Ἑλλάδ' ὄνομα δυσκλεὲς φέρω,
μή μοι τὸ σῶμά γ' ἐνθάδ' αἰσχύνην ὄφλῃ.

Enuntiatum *ὡς* — *ὄφλῃ* ex en. *ἵνα* — *λέχη* pendet. Eiusdem generis est locus qui sequitur.

J. A. 538

ἕν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν
ἐλθών, ὅπως ἂν μὴ Κλυταιμνήστρα τάδε
μάθῃ, πρὶν Ἅιδῃ παῖδ' ἐμὴν προσθῶ λαβών,
ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις δακρύοις πράσσω κακῶς.

ὡς—*κακῶς* ex verbis *ὅπως ἂν* — *μάθῃ* pendet.

Si Clytaemnestra ignara manebit, Agamemnon minus patietur.

ϑ) Verba *τοῦτο λέγω* vel simm. in en. libero subaudienda sunt[1]).

---

[1]) Loci hi sunt.: And. 1073, Hel. 977, J. T. 1361, Jon. 35. 1420, Cycl. 143, Or. 734, Tr. 441. 719. 912, Phoen. 1067. 1656. 1681, fr. 334.

ι) 1. ὡς μή praesens sequitur:
And. 413, Hec. 1177, Hel. 885. 1017. 1271, El. 961, H. f. 1219, Hipp. 420, Cycl. 546. 627, Med. 461.

2. ὡς μή imperativum sequitur:
Bacch. 1108, H. f. 323. 1244, J. T. 469, Jon. 177, Or. 799.

3. ὡς μή futurum sequitur:
Med. 1380, Or. 1596.

4. ὡς μή enuntiatum finale sequitur:
Hel. 67.

c) a ὡς ἄν.

Optativus post ὡς ἄν apud Euripidem omnino non inveniri videtur. In codd. quidem hic modus bis legitur, sed alter locus corruptus, alter spurius est.

J. A. 171 ἔμολον (v. 164) Ἀχαιῶν στρατιὰν ὡς ἴδοιμ᾽ ἄν est librorum amborum scriptura. Pro ἴδοιμ᾽ ἄν legendum est ἰδοίμαν. Sed una mora caret, ut e versu antistrophico elucet (cf. v. 192). Elmsleius ἐσιδοίμαν, Hermannus κατιδοίμαν coniecit. Dindorfius vv. 171—184 damnavit, cui non assentior.

Alter locus est J. T. 1025. Hunc versum et sequentem, qui satis inepti hic videntur, spurios esse consentaneum est[1]).

1025 *ΙΦ.* ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν;
κλεπτῶν γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ᾽ ἀληθείας τὸ φῶς.

Orestes sorori suaserat, ut se in templo conderet.

Jam coniunctivum considerare pergam.

De particula ἄν in enuntiatis finalibus adhibita Hermannus[2]) haec verba fecit: „Si deest ἄν, simpliciter enuntiatur consilium; si adiicitur, aliquid fortuiti accedit.“ Kuehnerus[3]): „Zuweilen tritt zu ὅπως (ὡς) c. coni. das

---

[1]) Cf. Weckleinium ad hunc locum. Kirchhoffius et Nauckius hos versus secluserunt.

[2]) In libro quem scripsit de particula ἄν a. 1831, p. 120.

[3]) L. l. p. 893.

Modaladverb ἄν, um anzuzeigen, dass das Ausgesagte von Umständen abhängig (bedingt) ist.“ Et iterum[1]): „Den Finalkonjunktionen ὡς und ὅπως mit dem Konj. und Opt. wird zuweilen das Modaladverb ἂν hinzugefügt; bei dem Opt. aber geschieht dies selten bei den Attikern. Ἂν weisst auf einen [in der Regel nicht ausgedrückten, sondern gedachten] bedingenden Satz hin.“[2]) Coniunctivus ipse ab illo sine ἂν usurpato nihil discrepat, neque aliter explicandus est. Quae res ut demonstretur, loci Euripidei accuratiore cura egent.

Alc. 739 ἡμεῖς δέ, τοὐν ποσὶν γὰρ οἰστέον κακόν,
στείχωμεν, ὡς ἂν ἐν πυρᾷ θῶμεν νεκρόν.

Eamus, ut, si revera hoc malum ferendum sit, corpus comburamus. Admetus Alcestidem effert, ut eam sepultura afficiat. Malum, quod illi accidit, tantum est, ut incredibile videatur. Quae notio defuisset, si dixisset simpliciter ὡς ἐ. π. θ. ν.

And. 715 φθείρεσθε τῆσδε, δμῶες, ὡς ἂν ἐκμάθω
εἴ τίς με λύειν τῆσδε κωλύσει χέρας. I. e. ὅταν ἐκείνην λύσω vel πειράσωμαι λύειν. Nam Peleus non *sciet*, an Menelaus se impedire quominus Andromacham liberet tentaturus sit, priusquam illius catenas solvere inceperit. Particula ἄν locum enuntiati temporalis vel conditionalis obtinet[3]).

Bacch. 355 κἄνπερ λάβητε, δέσμιον πορεύσατε
δεῦρ' αὐτόν, ὡς ἂν λευσίμου δίκης τυχὼν
θάνῃ.

Particula ἂν ad enuntiatum κἄνπερ λάβητε κτλ. refertur.

Bacch. 509 καθείρξατ' αὐτὸν ἱππικαῖς πέλας
φάτναισιν, ὡς ἂν σκότιον εἰσορᾷ κνέφας.

---

[1]) L. l. p. 900.

[2]) Hunc usum a relativo c. ἄν (κε) ortum esse mihi videtur manifestum esse. Cf. Baeumleinium l. l. p. 218.

[3]) Cf. And. 1254, H. f. 725, Cycl. 155. 634, Rh. 420. 473, Tro. 86.

Pentheus Bacchum irridet. *Cohibete*, inquit, *illum in praesepi, ut, siquid videre voluerit, caliginem atram videat.*

Bacch. 1238 φέρω δ᾽ ἐν ὠλέναισιν, ὡς ὁρᾷς, τάδε
λαβοῦσα τἀριστεῖα, σοῖσι πρὸς δόμοις
ὡς ἂν κρεμασθῇ· σὺ δὲ πάτερ δέξαι χεροῖν.

ἂν = ἢν σοι δόξῃ. Nam nescit Agave an donum patri non acceptum sit futurum[1]).

In Hec. 330 ὡς ἂν est *dummodo, si modo.* Cf. Hermannum ad hunc locum.

Hel. 1181 ἐκκομίζεθ᾽ ἅρματα,
ὡς ἂν πόνου γ᾽ ἕκατι μὴ λάθῃ με γῆς
τῆσδ᾽ ἐκκομισθεῖσ᾽ ἄλοχος, ἧς ἐφίεμαι.

Verba πόνου γ᾽ ἕκατι notionem condicionis continent. Sensus est: ἤν γε προὔργου γένηται. Theoclymenus dubitat an non Helenam consequi possit.

Nonnunquam participium loco enuntiati conditionalis vel temporalis adhibetur.

H. f. 837 φόνιον ἐξίει κάλων
ὡς ἂν πορεύσας δι᾽ Ἀχερούσιον πόρον
τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ
γνῷ κτλ.

Iris Lyssam appellans de Hercule loquitur. ἂν πορεύσας = ὅταν πορεύσῃ.[2])

Or. 1561 προσπόλοις λέγω
ὠθεῖν πύλας τάσδ᾽, ὡς ἂν ἀλλὰ παῖδ᾽ ἐμὴν
ῥυσώμεθ᾽ ἀνδρῶν ἐκ χερῶν μιαιφόνων.

Menelaus filiam quidem, etiamsi Helena ab Oreste occisa est, eripere vult.

---

[1]) Cf. Hel. 1410, J. A. 618, Phoen. 92. Hermannus ad Bacch. 1240 in libro qui est de partiula ἄν p. 123 ἀγκρεμασθῇ coniecit, quod non necesse est. Accedunt hi loci ubi λέγω vel sim. supplendum est: Hel. 1522, J. A. 1425, Or. 534, Phoen. 997.

[2]) Cf. Hipp. 286. 1314, J. T. 1068, Jon. 77 (ubi τὸ κρανθὲν ἂν = ὃ ἂν κρανθῇ), Rh. 72, Tro. 1264.

ἂν = κἂν Ἑλένη φονευθῇ.

In Phoen. 92 ἐπίσχες, ὡς ἂν προυξερευνήσω στίβον, quem locum, cum Bacch. 1238 sqq. tractarem supra attuli, ὡς ἂν ut, non ἕως ἂν vel ἔς τ᾽ ἂν significat, ut Porsonus monuit.

ὡς ἂν μή duobus locis invenitur: Hel. 1181, Cycl. 155.

2) Post tempora secundaria.

α) ab ὡς solo.

And. 423 εἰ ξύμβασιν δὲ χρῆν σε παῖδα σὴν ἄγειν,
Μενέλαε, καὶ τήνδ᾽, ὡς ἀπαλλαχθῇ πόνων.

Imperfectum χρῆν pro praesenti χρή hoc loco usurpatum est[1]). Mente addendum est ἀλλ᾽ οὐκ ἄγεις κτλ. ἥδε in v. 424 Andromacha est.

Hec. 1243 οὔτ᾽ ἐμὴν δοκεῖς χάριν
οὔτ᾽ οὖν Ἀχαιῶν ἄνδρ᾽ ἀποκτεῖναι ξένον,
ἀλλ᾽ ὡς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς.

ὡς ex ἀποκτεῖναι pendet. *Ut aurum haberes illum occidisti, ut mihi videtur, neque a consilio destitisti.*

J. T. 1181 ΙΦ. καὶ μὴν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.
ΘΟ. τῶν Ἀργόθεν τί φίλτρον ἀγγέλλοντέ σοι;
ΙΦ. τὸν μόνον Ὀρέστην ἐμὸν ἀδελφὸν εὐτυχεῖν.
ΘΟ. ὡς δή σφε σώσῃς ἡδοναῖς ἀγγελμάτων.

Pro scriptura codd. σώσαις coniunctivum cum Nauckio scripsi, cum Kirchhoffius et Weckleinius optativum retinuerint. Consilium in praesentia est.

Or. 444 ΟΡ. κύκλῳ γὰρ εἱλισσόμεθα παγχάλκοις ὅπλοις·
ΜΕ. ἰδίᾳ πρὸς ἐχθρῶν ἢ πρὸς Ἀργείας χερός;
ΟΡ. πάντων πρὸς ἀστῶν, ὡς θάνω.

εἱλισσόμεθα = cingebamur. Formam esse praesentis

---

[1]) Cf. Ar. Plut. 432 ἀλλ᾽ ἥτις εἶ, λέγειν σ᾽ ἐχρῆν αὐτίκα μάλα, et ib. v. 487 ἀλλ᾽ ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν κτέ.

mihi non videtur, etsi ε in hoc verbo pro ει apud poetas metri causa nonnumquam invenitur.[1])

d) a ὡς μή: Bacch. 1116.

α) a particula ὅπως.

Eadem ratio inter ὅπως et ὡς intercedit, quae inter ὁπότε et ὅτε). Neque vero vis interrogativa hac in particula inest, sed, ut in ὡς, relativa[2]). ὅπως ut ὡς significat *quomodo*. Primum loco adverbii relativi, deinde in quaestionibus indirectis, tertio in enuntiatis quae sunt tamquam substantiva in quibus notio conandi inest, denique in sententiis finalibus adhibebatur.[3]) A vi relativa huius particulae usus in oratione obliqua, ubi ὡς usitatius est, est ortus; e. g.

Heracl. 1051 μὴ γὰρ ἐλπίσῃς ὅπως
αὖθις πατρῴας τῶν ἔμ᾽ ἐκβαλεῖς χθονός.

et Soph. O. T. 548 τοῦτ᾽ αὐτὸ μή μοι φράζ᾽, ὅπως οὐκ εἶ κακός.[4])

In Or. 79 ἔπλευσ᾽ ὅπως ἔπλευσα est significationis relativae exemplum.

In Suppl. 234 sq. ὅπως et ὡς ex eodem verbo pendent ex quo has particulas apud Euripidem idem valere apparet.

Cum omnes tragici ὅπως ἂν et ὡς ἂν usurparent, multo saepius ὅπως et ὡς sine ἂν apud eos inveniuntur. Sed Aristophanes plerisque locis ἂν addidit.[2])

---

[1]) Ceteri loci hi sunt: Hel. 635, Suppl. 121. 174 206, Hipp. 1299, Rh. 51. And. 424, Bacch. 1116, El. 100, Tr. 1143.

[2]) Cf. Delbrueck. l. l. v. I. p. 57. 61, qui haec dixit: „Es bedeutet in Folge von diesem, was es nun auch sei. Es deutet also an, dass der vorhergehende Gedanke ein unbestimmter sei."

[3]) Cf. Goodwinium l. l. p. 110 sq.

[4]) Cf. Heracl. 248 μή τρέσῃς ὅπως σέ τις . . . . βωμοῦ τοῦδ᾽ ἀποσπάσει. Sed ὡς saepius sic usurpatur post verba timendi.

[5]) Cf. Weber. l. l. p. 80. 91. 100. 115.

1) Post tempora primaria.

J. A. 879 *ΠΡ. θέσφαθ', ὥς γέ φησι Κάλχας, ἵνα πορεύηται στρατός.*

ΚΛ. ποῖ; τάλαιν' ἐγώ, τάλαινα δ' ἣν πατὴρ μέλλει κτανεῖν.

ΠΡ. Δαρδάνου πρὸς δώμαθ', Ἑλένην Μενέλεως ὅπως λάβῃ.

ὅπως ex *ἵνα πορεύηται στρατός* in v. 879 pendet; quocirca coniunctivus loco optativi *λάβοι*, qui in codd. legitur (quem tamen in *B* m. sec. correxit) requiritur.

In Or. 1354 sq. *ὅπως ὁ πραχθεὶς φόνος*
μὴ δεινὸν Ἀργείοισιν ἐμβάλῃ φόβον,

ubi imperativus praecedit, in codd. *ἐμβάλλῃ* (-*ει*, -*οι*) legitur. Coniunctivus *aoristi* *ἐμβάλῃ* scribendus est. Actio non durat.

J. A. 427 spurius est secundum criticos optimos, qui ut mihi videtur, recte vv. 413—441 damnaverunt. Hermannus tamen eosdem versus defendit, quem alii secuti sunt; sed sermo ab Euripideo tantopere differre mihi videtur, ut illi non adstipuler.[1])

e) a *ὅπως μή*.

Unus locus invenitur (Or. 1355), qui supra allatus est. Imperativus *ὅπως μή* praecedit.

f) a *ὅπως ἄν*.

Alc. 779 *δεῦρ' ἔλθ' ὅπως ἂν καὶ σοφώτερος γένῃ.*

Hercules servum hospitis ironice alloquitur.

ἄν fortasse = *ἤν γε δύνῃ.*

Hel. 892 *τίς εἶσ' ἀδελφῷ τόνδε σημανῶν ἐμῷ*
παρόνθ', ὅπως ἂν τοὐμὸν ἀσφαλῶς ἔχῃ;

ὅπως ἄν ad *σημανῶν* refertur. *ἄν* = *ὅταν ὁ ἀδελφὸς μάθῃ.*

---

[1]) Ceteri loci sunt: *α*) Hec. 232, Suppl. 234, Phoen. 1317 (post indicativum praesentis), *β*) J. T. 1460, Or. 1585 (post imperativum).

Heracl. 336 *τάξω δ' ὅπως ἂν τὸν Μυκηναίων στρατὸν πολλῇ δέχωμαι χειρί.*

Condicio indefinita animo loquentis obversatur. Locus similis est Med. 939 sq.

παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτραφῶσι σῇ χερί,
αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.

In Hipp. 110 *καὶ καταψήχειν χρεὼν*
ἵππους, ὅπως ἂν ἅρμασι ζεύξας ὕπο
βορᾶς κορεσθεὶς γυμνάσω τὰ πρόσφορα,

participium cum *ἄν* particula copulatum idem significat quod enuntiatio temporalis vel condicionalis.

In Tr. 1052 *ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς,* *ὅπως ἄν* vim relativam habet significatque: quomodocunque.

In Rh. 878 *ἄγοντες δ' αὐτὸν εἰς δόμους ἐμούς,*
οὕτως ὅπως ἂν μὴ 'γκαλῇ πορσύνετε,

vis et finalis et relativa perspicitur.

De explicatione particulae *ἄν* cf. supra ad Hipp. 110.

Ad Phoen. 753 *ἀλλ' εἶμ', ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα,* cf. supra ad Heracl. 836.

g) a *μή* particula.

Cum *ἵνα μή, ὡς μή, ὅπως μή*, tum *μή* solum in enuntiatis finalibus negativis usurpantur. Non assentior Delbrueckio neganti[1]) esse revera finalem sententiam coniunctionibus *ἵνα, ὡς, ὅπως* non praefixis. Ille quidem bene docet has esse enuntiationes primitus liberas, ubi illae coniunctiones desint[2]); sed nisi enuntiationes positivae requisitae essent, alterum negativarum genus non inventum esset. Particulam *μή* ex enuntiato quod prima-

---

[1]) L. l. vol. I, p. 22.

[2]) E. g. Alc. 22 *μὴ μίασμά με κίχῃ, λείπω στέγην*, ubi *μὴ-κίχῃ* primum enuntiatum primarium fuit, sed deinde secundarium factum est.

rium vocatur pendere hoc demonstratur, quod post tempora praeterita optativus paene semper exstat. E. g. Hel. 1672 μὴ Πάρις γήμειέ σε. *Removit te* (ὥρισέν σε), *ne Paris te in matrimonium duceret.* Neque in hoc optativo notionem optandi inesse recte dici potest; cur enim post tempora praeterita tam saepe percipitur haec notio optandi?

Sed coniunctiones in enuntiatis positivis necessariae factae sunt, quapropter ἵνα, ὡς, ὅπως, inventa sunt, quae particulae ut supra dictum est, prius adverbia fuerant. Cum hae enuntiationes positivae ortae essent, ex eis facile negativae formatae sunt, ut duo en. negativorum inveniantur genera. Eodem modo μή ex notionibus timendi pendere coepit ubi οὐ additur, si notio negativa exprimenda fuit.

Jam numeros locorum afferam, ut particulas finales cum μή copulatas paulatim pro μή substitutas esse demonstrem[1]).

Apud Homerum, Hesiodum, poetas lyricos μή solum locis CXXXI, μή cum part. fin. coniunctum L, apud tragicos illud LXXVI, hoc LIX locis reperitur. In Aristophanis comoediis ratio est 8 : 55, in historiis Herodoti 8 : 53, cum apud scriptores orationis solutae Atticos (exceptis Platone et Xenophonte) μή solum raro exstet. Nam Thucydides id locis IV vel V, decem oratores IV, Plato XXIV, Xenophon XII usurpaverunt.

In enuntiatis liberis prohibitivis imperativus praesentis vel coniunctivus aoristi secundae personae requiritur. E. g. μὴ ποίει τοῦτο vel μὴ ποιήσῃς τοῦτο. Si igitur en. *prohibitivum* μή particulam semper sequeretur, coni. praesentis locum non haberet. Sed apud Homerum septies, apud Aeschylum semel, apud Sophoclem bis *praesens* invenitur[2]) Ut usum Euripideum monstrem, praesens et aoristum coniunctivi infra separatim tractabo.

---

[1]) Cf. Goodwin. l. l. p. 112.
[2]) Cf. Weber. l. l. pp. 27. 79. 86.

1. Post tempora primaria.

α) imperativus μή praecedit.

1. coniunctivus aoristi exstat.

And. 989 ἀλλ' ὡς τάχιστα τῶνδέ μ' ἔκπεμψον δόμων,
μὴ φθῇ με προσβὰς δῶμα καὶ μολὼν πόσις
οἴκους τε τούσδε μ' ἐξερημοῦσαν μαθὼν
Πηλεὺς μετέλθῃ πωλικοῖς διώγμασιν.

In v. 991 cum complures scripturae in codd. inveniantur, quod in Havniensi (C) legitur οἴκους τε τούσδε μ' cum Nauckio recepi et loco scripturae fere omnium codd. μετέλθοι (v. 982) μετέλθῃ scripsi.[1])

In And. 756 μή particula finalis est. Cf. Tachauium l. l. ad h. l.

2. coniunctivus praesentis exstat.

H. f. 85. ἥντιν' οὖν γνώμην ἔχεις,
λέγ' εἰς τὸ κοινόν, μὴ θανεῖν ἕτοιμον ᾖ,
χρόνον δὲ μηκύνωμεν ὄντες ἀσθενεῖς.

J. T. 1209 ΙΦ. καὶ πόλει πέμψον τιν' ὅστις σημανεῖ ΘΟ; ποίας τύχας; ΙΦ. μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν, ΘΟ. μὴ συναντῷεν φόνῳ; Elmsleio συναντῶσιν scribenti, quem Nauckius et Weilius secuti sunt, assentio Weckleinius opt. retinet. Coni. dubitativus supplendus est (Wecklein. explicat: „soll der Bote dazu bemerken, es sei das befohlen worden, damit" etc.) Cf. infra cap. v.

β) futurum μή praecedit.

1. coni. aoristi exstat.[2])

2. coni. praesentis exstat:

Tr. 341 οὐ λήψει κόρην,
μὴ κοῦφον αἴρῃ βῆμ' ἐς Ἀργείων στρατόν;

---

[1]) Ceteri loci hi sunt: Alc. 1065, And. 692, 877, Bacch. 823, H. f. 1388, J. T. 1229, Jon. 395, Cycl. 662, Or. 1037, Tr. 305. 891. 906. Phoen. 837, frag. 78 v. 46. —

[2]) Loci hi sunt: Bacch. 34. Heracl. 338, Suppl. 846.

γ) Indicativus praesentis praecedit.
1. coni. aoristi exstat.[1])
2. coni. praesentis non invenitur.

δ) Coni. adhortativus *μή* praecedit.
1. coni. aoristi exstat.

J. A. 600 *τὴν βασίλειαν δεξώμεθ᾽ ὄχων*
ἄπο μὴ σφαλερῶς ἐπὶ γαῖαν,
ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ,
μὴ ταρβήσῃ νεωστί μοι μολὸν
κλεινὸν τέκνον Ἀγαμέμνονος.

Crediderim hos vv. genuinos esse, etsi Nauckius, L. Dindorfius eos damnant.[2])

2. coni. praesentis exstat.

Jo. 1551 *φεύγωμεν, ὦ τεκοῦσα, μὴ τά δαιμόνων*
ὁρῶμεν, εἰ μὴ καιρός ἐσθ᾽ ἡμᾶς ἱρᾶν.

ε) *μή* ex verbo enuntiati secundarii pendet.

Phoen. 92 *ἐπίσχες, ὡς ἂν προυξερευνήσω στίβον,*[3])
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται,
κἀμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος ὡς δούλῳ ψόγος,
σοὶ δ᾽ ὡς ἀνάσσῃ.

μή e *προυξερευνήσω* in en. finali pendet. Senex, qui Antigonam appellat, veretur ne quis *nunc* in via sit, et ipse una cum domina *postea* vituperetur. V. *ἔλθῃ* quod res futura respicitur adhibetur.

ζ) *μή* ex verbo quod supplendum est (*λέγω*), pendet: fr. 969.

---

[1]) Loci hi sunt: Hec. 344, H. f. 42, J. A. 1218, Med. 306, El. 260 (verbum ex v. praecedenti supplendum est).

[2]) Alter locus hic est: J. T. 109.

[3]) Cf. Soph. Phil. 30 *ὅρα καθ᾽ ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρεῖ.* Eur. J. T. 67 *ὅρα, φύλασσέ, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν*, ubi *ἐστί* supplendum est. Cf. Wecklein. ad h. l.

2. post tempora secundaria.

α) aoristus μή praecedit.

1. coni. aoristi exstat.

Cf. Med. 214. 1304, Med. 214. Or. 57 infra tractabitur.

β) Imperfectum μή praecedit.

Jo. 1557 ὃς εἰς μὲν ὄψιν σφῶν μολεῖν οὐκ ἠξίου,
μὴ τῶν πάροιθε μέμψις εἰς μέσον μόλῃ.

γ) Praesens historicum μή praecedit.

H. f. 44 λείπει γάρ με τοῖσδ' ἐν δώμασι
47 σὺν μητρί, τέκνα μὴ θάνωσ' Ἡρακλέους.

II. De optativo in sententiis adverbialibus adhibito.

Hic optativi usus ad rem futuram longinquiorem spectat et, post tempora secundaria usurpatus, ad coniunctivum, quem supra tractavimus, respondet. Is qui consilium cepit, secum sic cogitavit: τοῦτο ποιῶ, ἵνα (ὡς, ὅπως) ἐκεῖνο τελῶ, illi vero qui, ut ita dicam, effectum e longinquo contemplatur, remotior esse videtur effectus. Coniunctivus temporis praeteriti non usurpabatur, quippe cum is linguae Graecae desit. Nam coniunctivus et optativus aoristi et iidem modi praesentis, quod ad tempestatem attinet, nihil inter se differunt[1]). Optativus propterea adhibebatur, quod eo effectus minus vivide quam coniunctivo exprimebatur.

Optativus autem pendet

a) a particula ἵνα post tempora praeterita.

α) aoristus ἵνα praecedit.

Iph. A. 708 *ΚΛ.* Θέτις δ' ἔθρεψεν ἢ πατὴρ Ἀχιλλέα;
ΑΓΑ. Χείρων, ἵν' ἤθη μὴ μάθοι κακῶν βροτῶν.

---

[1]) Cf. Delbrueck. l. l. vol. I. p. 83. Jlle in eadem pagina sic bene dixit: „Das Griechische drückt nicht direkt die Vergangenheit aus, sondern deutet nur an, dass die Handlung nicht eben nah mit der Wirklichkeit verknüpft sei.“

Educatio Achillis praeterita est, quapropter Musgravio scripturam librorum μάθῃ in μάθοι mutanti adstipulor. Infra omnes loci ubi haec structura in codd. exstat conferentur.[1])

β) Imperfectum ἵνα praecedit.

J. A. 884 *ΚΛ.* ὁ δὲ γάμος τίν' εἶχε πρόφασιν, ἧ μ' ἐκόμισεν ἐκ δόμων;

ΠΡ. ἵν' ἀγάγοις χαίρουσ' Ἀχιλλεῖ παῖδα νυμφεύσουσα σήν.

Quam formam ἀγάγῃς libri praebent, Blomfieldius correxit, cum opt. poneret.

γ) Aoristus et imperfectum praecedunt.

J. T. 1336 χρόνῳ δ', ἵν ἡμῖν δρᾶν τι δὴ δοκοῖ πλέον,
ἀνωλόλυξε καὶ κατῇδε βάρβαρα
μέλη μαγεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή.

In libris δοκῇ legitur, pro quo Matthiaeus recte δοκοῖ scripsit.

Plerique scriptorum Graecorum in huiusmodi locis optativum usurpabant, quippe quo effectus minus vivide exprimeretur; sed rerum scriptores, imprimis Thucydidem et Herodotum dico, coniunctivum adhibere solebant, cum tamquam participes consilii rem praeteritam animo repraesentarent.

Si locos tantum, quos attuli, consideramus, quominus concludamus Euripidem hac in re aliquid novavisse, cum rerum scriptores imitatus sit, fortasse nihil obstat. Sed qui fuerit usus huius poetae in particulis ὡς, ὅπως, μή, praeterea in ἵνα ipso alibi exstante, ut firmum huic quaestioni fundamentum substruatur, primum investigandum est.

---

[1]) Ceteri loci sunt: And. 427, Bacch. 22, Phoen. 65. His locis opt. in libris legitur.

δ) Praesens historicum, quod vocatur, ἵνα praecedit.

Ut apud alios scriptores[1]), ita in Euripidis tragoediis optativus praesens hist. in enuntiatis finalibus sequitur. Hic praesentis usus neque apud Homerum neque in fabulis Aeschyleis vel Aristophaneis invenitur, cum uno loco apud Sophoclem praesens hist. exstet[2]).

Euripides praesens hist. bis usurpavit ante particulam ἵνα μή, omnino non ante ἵνα.

b) a ἵνα μή.

α) Aoristus ἵνα μή praecedit:
And. 225, J. A. 709 (cf. II. a, α).

β) Imperfectum in enuntiato libero exstat: frag. 392.

γ) Praesens hist. ἵνα μή praecedit: Hec. 12. 1149.[3])

c) a ὡς particula post tempora praeterita.

α) Indicativus aoristi in enuntiato libero exstat.

De J. A. 171 cf. I c (sub ὡς ἄν), ubi tamen consilium durare videtur.

J. A. 422 εἰς δὲ λειμώνων χλόην
καθεῖμεν αὐτάς, ὡς βορᾶς γευσαίατο.

Hic locus interpolatoris est.

Suppl. 201 αἰνῶ δ' ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου
202 καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο,
206 . . . . . , ὡς τά τ' ἐκ γαίας τρέφοι
207 ἄρδοι τε νηδύν . . . .
209 πόντου τε ναυστολήμαθ', ὡς διαλλαγὰς
ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.

In v. 206 sq. pro scripturis codd. τρέφη et ἄρδη Nauckius et Kirchhoffius τρέφοι-ἄρδοι scripserunt, etsi effectus eorum, quae deus fecit, etiam in praesentia perci-

---

[1]) Herodotus et Thuc. tamen coniunctivum adhibebant. Cf. Weber part. I, p. 131 et part. II, p. 8 sq.

[2]) Cf. Weber. l. l. p. 27 sq., p. 80 sq., p. 93, p. 118 sq.

[3]) His locis praesens idem quod aoristus valet.

pitur. Cum ὡς in v. 206 tum ὡς in v. 209 ex v. διεσταθμήσατο pendet, neque optativi in v. 210, praesertim alter, πένοιτο, in coni. mutandi sunt; nam πένηται non tam facile ex πένοιτο restitui potest. Res mihi incerta esse videtur, sed fortasse Euripidem ut philosophum considerare utile erit. Anaxagoras, cuius auditor ille fuit, principio suo, quod νοῦς vocavit, ipse parum usus est: nam prima tantum movendi origo a mente fuit, cum cetera effecerit ipsa περιχώρησις. Plato (Phaed. 97 B) et Aristoteles (Metaph. I 4, 985a 18, c. 7. 988b 6) Anaxagoram a principio suo defecisse arguunt.[1]) Secundum hanc rationem philosophandi consilium huius causae efficientis non durat. Optativorum causa et propter causam quam attuli coniunctivos in v. 206 sq. mutandos esse puto.

J. A. 423. 1603 sunt versus spurii.[2])

β) Indicativus imperfecti in en. libero exstat: Hec. 927. 1159, El. 1043, H. f. 478, J. A. 272, fr. 534 v. 8 (ἦσαν supplendum).

γ) Praesens historicum ὡς praecedit: And. 1112, El. 39, Jon. 1214.

Jon. 39. τίθημι . . . . . ., ἀναπτύξας κύτος
εἱλικτὸν ἀντίπηγος, ὡς ὁρῷθ᾽ ὁ παῖς.

ὁρᾶθ᾽ (pro ὁρᾷθ᾽) in codd. (*B C*) legitur, quod Scaliger in ὁρῷθ᾽ recte mutavit; consilium enim praeteritum est. Sed talis forma ὁρᾷθ᾽ altera de causa reiicienda est, cum terminatio — αι personae primae et tertiae indicativi et coniunctivi praesentis apud poetas tragicos numquam elisa esse videatur.[3])

---

[1]) Cf. Ritter — Preller (Hist. phil. Graec.) 1888, p. 123 d, et Zellerum (Grundriss der griech. Phil.) 1889, p. 74.

[2]) Ceteri loci hi sunt: Hec. 712, Hel. 39. 48. 237. 245. 680, El. 1282, Heracl. 883, H. f. 929. 1268, Suppl. 209. 256, J. A. 234, Cycl. 12, Med. 559, Or. 1641, Phoen. 1097. In Tro. 978 Seidlerus λάβῃ in λάβοι recte mutavit.

[3]) Cf. Kuehner. l. l. 1890, p. 238.

d) a ὡς μή.

α) ὡς μή pendet a participio aoristi:
Hel. 586, ubi m. sec. λάβοι scripsit.

β) ὡς μή pendet ab indicativo imperfecti:
El. 268, H. f. 1012.

γ) ὡς μή pendet ab ind. aoristi:
Jon. 1300, Med. 560. Or. 577.

e) a particula ὅπως.

α) Indicativus aoristi in en. libero exstat.

In Or. 654 ἀπολάβῃς legitur, quod Porsonus recte in ἀπολάβοις mutavit.[1])

β) Ind. imperfecti exstat:
J. A. 55, Tr. 1008, Phoen. 1382.

f) a ὅπως μή.

Heracl. 994 καὶ πόλλ' ἔτικτον νυκτὶ συνθακῶν ἀεὶ
ὅπως διώσας καὶ κατακτείνας ἐμοὺς
ἐχθροὺς τὸ λοιπὸν μὴ συνοικοίην φόβῳ.

g) a μή solo.

α) Indic. aoristi μή praecedit.

In Suppl. 150 Hermannus recte optativum restituit. Nam res praesens omnino non respicitur.

Hel. 1670 οὗ δ' ὥρισέν σε πρῶτα Μαιάδος τόκος
1672 κλέψας δέμας σόν, μὴ Πάρις γήμειέ σε.

Haec structura eiusdem generis est quod in Suppl. 150.

β) μή pendet a participio aoristi.

Or. 56 τὴν δὲ δὴ πολύστονοι
Ἑλένην, φυλάξας νύκτα, μή τις εἰσιδὼν
μεθ' ἡμέραν στείχουσαν, ὧν ὑπ' Ἰλίῳ
παῖδες τεθνᾶσιν, εἰς πέτρων ἔλθοι βολάς,
προύπεμψεν εἰς δῶμ' ἡμέτερον.

ἔλθοι in Vaticano 909, ἔλθῃ in ceteris legitur, quarum scripturarum ἔλθοι recipere non haesitavi. Helena enim

[1]) Ceteri loci hi sunt: Heracl. 657, H. f. 1273, Phoen. 448.

iam Argos venit, quam Menelaus noctu ad palatium praemiserat. Itaque non iam est causa timoris. ἐφύλαξε νύκτα = noctem exspectabat („nahm die passende Gelegenheit wahr“) ne illa lapidaretur. Cum actio exspectandi noctem praeterita sit neque effectus actionis duret, ἔλθοι scribendum est. Kirchhoffio et Nauckio alteram formam recipientibus adstipulari nequeo.

III. De modo post ἵνα, ἵνα μή, ὡς, ὡς μή, ὅπως, ὅπως μή, μή solo a temporibus praeteritis pendentibus apud Euripidem adhibito.

Supra II, a (ἵνα) invenimus locos V, quorum III correcti sunt; II, b locos V, quorum unus in frag. reperitur, exhibuimus. Praeterea locos XXXI sub II, c (ὡς — unus l. in frag.), quorum III ab editoribus sunt mutati; sub II, d VI; sub e (ὅπως) VII, ex quibus unus correctus est; sub f I; denique sub g (μή) III (I corr.) invenimus. Itaque locis LVIII optativus, VIII coniunctivus invenitur; neque vero metrum obstat quominus hi loci VIII corrigantur. Inde concludo Euripidem coniunctivum numquam sic adhibuisse.

IV. De modo post optativum adhibito.

α) Hoc modo in en. libero aliquid optari significatur.

1. Optativus in codd. legitur.

Hec. 837 εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι
καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει,
ἢ Δαιδάλου τέχναισιν ἢ θεῶν τινος,
ὡς πάνθ᾽ ὁμαρτῇ σῶν ἔχοιντο γουνάτων
κλαίοντ᾽ ἐπισκήπτοντα παντοίους λόγους.

ἔχοιτο et ἔχοιντο sunt scripturae codd.

Hipp. 732 ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν,
ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν
θεὸς εἰνὶ ποταναῖς ἀγέλαις θείη.

Pro *ἐν* L. Dindorfius *εἰνί* proposuit, Nauckius recepit. Et quidem haec est probabilis coniectura; nam in v. antistrophico legitur

ἵν' ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνας.

Herwerdenus et Weckleinius pro *ἵνα με* non bene scripserunt *χθονὸς ἧ*. Iidem *με* ex v. 733 transtulerunt idque post *ἐν* posuerunt. Sed hoc est nimis forte remedium. Pro scriptura librorum *ἀγέλαισι* cet. Dindorfius recte *ἀγέλαις* restituit.

Hactenus usus Euripideus ab Aeschyleo et Sophocleo nihil discrepat. Aeschylus enim optativum semel in structura simili usurpavisse, Sophocles hunc modum coniunctivo praetulisse videtur.[1] De effectu actionis non vividius cogitatur, quam de actione ipsa; quocirca idem modus adhibetur qui in enuntiato libero.

Ubi autem coniunctivus post particulas finales invenitur, enuntiatum non plane secundarium factum esse mihi videtur. Sed etiamsi res aliter se habet, particula pendet a notione, illum, qui optaverit, rem optatam adepturum esse.

2. Coniunctivus in codd. legitur.

Suppl. 620 *ποτανὰν εἰ μέ τις θεῶν κτίσαι,*
διπόταμον ἵνα πόλιν μόλω.

μόλοιμι admitti nequit (cf. v. ant. *παιδόγονε πόριος Ἰνάχου*). Notio quae in verbo *κτίσαι* inest vividior fit.

J. T. 439 *εἴθ' εὐχαῖσιν δεσποσύνοις*
Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς
ἐλθοῦσα τύχοι τὰν
Τρῳάδα λιποῦσα πόλιν, ἵν' ἀμφὶ χαίτᾳ
δρόσον αἱματηρὰν
εἱλιχθεῖσα λαιμοτόμῳ
δεσποίνας χερὶ θάνῃ
ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.

---

[1] Cf. Weber. l. l. part. I, p. 83, p. 94.

Seidlerus, cum *θάνῃ* poneret, sic scripsit: „Grammatica videtur requirere *θάνοι*, sed defendi potest *θάνῃ*, si finges, cupido chori animo rem ita praesentem obversari, tamquam si vere fiat.“ Sed quomodo in ceteris huiusmodi locis Euripideis res se habet? In Hel. 178 *λάβῃ*, in Jon. 672 *γένηται* legitur.

Or. 982 *μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ*
μέσον χθονός τε τεταμέναν αἰωρήμασι
πέτραν ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν
δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου,
ἵν᾽ ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω
γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ.

Quod Porsonus *ἵνα* particulam hic localem esse dixit nescio an illi assentiendum sit. Nonne vero hic est particulae usus in medio positus inter vim localem et finalem? Si *ἵνα* in Hipp. 733 (cf. supra) finale est, nisi fallor eadem vis hoc loco percipitur. Ut supra sub II dictum est, usu huius particulae ab vi locali ad finalem non nunquam plane transitum est. Non dubito quin *ἀναβοάσω* forma coniunctivi sit.

Uno loco optativum pro coniunctivo substitui nequire (Suppl. 621) vidimus. Seidleri coniectura (J. T. 445) superflua est. Euripides igitur hac in structura bis optativum, quinquies coniunctivum usurpavit; i. e., hunc modum praetulit, si codicibus confidendum est.

β) Optativus potentialis, qui vocatur, in enuntiato primario exstat.

And. 845 *ἀλλ᾽ εἴ σ᾽ ἀφείην μὴ φρονοῦσαν ὡς θάνῃς;*

καλὸν ἂν εἴη vel verba similia subaudienda sunt: *ὡς* vero a v. *ἀφείην* pendet.

Bacch. 1257 *τίς αὐτὸν δεῦρ᾽ ἂν ὄψιν εἰς ἐμὴν*
καλέσειεν, ὡς ἴδῃ με τὴν εὐδαίμονα;

Ad priorem locum Sauppius haec coniecit:

ἀλλ᾽ οὐ σ᾽ ἀφείην εὖ φρονοῦσ᾽ ἄν, ὡς θάνῃς,

quod tamen non necesse est.

Cf. Soph. El. 1439

δι' ὠτὸς ἂν παῦρά γ' ὡς ἠπίως ἐννέπειν
πρὸς ἄνδρα τόνδε συμφέροι, λαθραῖον ὡς
ὀρούσῃ πρὸς δίκας ἀγῶνα.

Praeterea apud Homerum coniunctivus tantummodo inveniri videtur.[1]) Neque vero hic coniunctivi usus mirus esse videtur. Cf. Tr. 701 sq., ubi indicativus futuri cum opt. potentiali copulatus est in eadem periodo. Hic ipse locus ita emendatus est ut opt. in en. finali post opt. exstet.

Hecuba Andromacham monet, ut Neoptolemi amorem sibi conciliet:

701 *κἂν δρᾷς τάδ', εἰς τὸ κοινὸν εὐφρανεῖς φίλους,*
καὶ παῖδα τόνδε παιδὸς ἐκθρέψειας ἂν
Τροίᾳ μέγιστον ὠφέλημ', ἵν' εἴ ποτε
ἐκ σοῦ γενόμενοι παῖδες ὕστερον πάλιν
κατοικίσειαν, καὶ πόλις γένοιτ' ἔτι.

Verba *ἵν' εἰ* sana esse nequeunt, nisi lacuna in textu est.

In plerisque editionum recentiorum *ἵν' οἵ ποτε* legitur, quae est correctura Musuri. Sed Hartungius et Nauckius[2]) recte monuerunt filios nondum natos *οἵ ποτε γενόμενοι παῖδες* vix vocari posse. Hartungius *Τροίᾳ μέγιστον ὠφέλημ' ἄν, εἴ ποτε* scripsit, cui coniecturae Hermannus bene opposuit, filias ex Andromacha Neoptolemo progenitos, non posteros Hectoris, Troiam instaurare incongruum esse. Kirchhoffius de hoc loco sic scripsit: „Nempe hoc dicendum erat, Andromacham Hectoris filium in maximam patriae utilitatem educaturam esse, ut, si forte“ (*ἵν' εἰ*) „ex ipsa Neoptolemo progeniti filii vitrici voluntatem conciliassent, eius adiutus ope et voluntate Astyanax patriae moenia instauraret. Sic

---

[1]) Cf. Weber. l. l. part. I, p. 56.
[2]) Cf. Nauckii librum qui est de Euripide (Euripideische Studien II) 1862.

enim intellegitur, cur Andromachae ex Neoptolemo filiorum mentio hic iniiciatur, alias incommoda". Idem patere censet post παῖδες duorum hemistichiorum iactura laborare verba poetae, conicitque κατοικίσειε pro κατοικίσειαν (v. 703). Sed, ut Nauckius monuit, Neoptolemum Astyanacti auxilium laturum esse, ut Troiam iterum condat, minime verisimile est. Correcturam praefero quam Kirchhoffius, cum iterum a. MDCCCLXVII Euripidis tragoedias ederet, fecit: εἴ νίν ποτε. Potest tamen fieri, ut Nauckius ἦν ἄν ποτε recte scripserit. De altera emendatione Nauckii cf. illum ad hunc locum. Apud Eur. igitur optativus in en. fin. post optativum pot. numquam inveniri videtur.

V. De modo post coni. dubitativum apud Eur. usurpato.

In J. A. 1617, qui interpolatoris recentioris est, optativus, alibi coni. invenitur. Cf. And. 850.

VI. Num optativus post tempora primaria apud Eur. inveniatur.

Loci ubi optativus in codd. legitur, And. 992, El. 59, J. A. 881, J. T. 1210 (J. A. 1595 spurius est), supra tractati sunt. El. 59 excepto, coniunctivus his locis facile restitui potest, et illum locum spurium esse conclusi. Non dubito quin poeta coni. semper adhibuerit.

B. De enuntiatis, quae sunt quasi substantiva.

Consilium tantummodo, non actio qua consilium perficitur, exprimitur. Particulae, quae adhibentur, sunt ὅπως, ὅπως μή, ὡς, ὡς μή. Non solum coniunctivus et optativus, sed etiam futurum has particulas sequitur; et quidem futurum post ὅπως saepissime invenitur, cum ὡς omnino raro his in enuntiatis adhibeatur. Coniunctivum primum considerabimus.

I. Hic modus pendet

1. Post tempora primaria

a) a ὅπως ἂν μή.

J. A. 538 ἕν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν
ἐλθών, ὅπως ἂν μὴ Κλυταιμνήστρα τάδε
μάθῃ.

Quod ad particulam ἄν attinet condicio indefinita animo loquentis obversatur. ὅπως sine ἄν cum futuro tantum apud Eur. post tempora primaria invenitur.

b) a ὡς particula.

J. T. 467 τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ
φροντιστέον μοι. Apud Aldum ἔχοι scriptum est.

Med. 459 ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις
ἥκω, τὸ σὸν δὲ προσκοπούμενος, γύναι,
ὡς μήτ' ἀχρήμων σὺν τέκνοισιν ἐκπέσῃς
μήτ' ἐνδεής του.

c) a ὡς ἂν μή.

Or. 1098 εἰς κοινοὺς λόγους
ἔλθωμεν, ὡς ἂν Μενέλεως ξυνδυστυχῇ.
εἰς κ. λ. ἔλθωμεν = βουλευσώμεθα.

d) a μή particula.

Hae enuntiationes secundariae sunt, si notiones conandi, deliberandi, cavendi μή praecedunt; quod, ut mihi videtur, de μή post notiones orandi (ἱκετεύω, λίσσομαι, αἰτοῦμαι, ἀπαιτεῖν, ἄντομαι) non praedicandum est. Hoc patet ex loco Medeae

709 ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος
γονάτων τε τῶν σῶν ἱκεσία τε γίγνομαι,
οἴκτειρον οἴκτειρόν με τὴν δυσδαίμονα
καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς.

οἴκτειρον ad sensum quidem ex ἄντομαι et ἱκεσία γίγνομαι, non secundum grammaticae regulam pendet, quod de μὴ εἰσίδῃς aeque valet.

In And. 922 et Hel. 963 imperativus solus invenitur. Ubi vero μή ex illis notionibus pendet, infinitivus usurpatur. Cf. J. A. 1242 et Jon. 468. Ceteri loci ubi μή cum coniunctivo invenitur hi sunt: Alc. 308, Hec. 277, J. A. 1216, Med. 855, Heracl. 227[1]).

Post notiones cavendi cet.

1) Praesens exstat:

Alc. 1127, And. 752, Phoen. 266 (ὄμμα πανταχῇ διοιστέον κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ).

2) Aoristus invenitur:

Suppl. 302, El. 1140, H. f. 594, Hipp. 100, J. A. 145. 1029. 1097 (κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς, μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ), 1372, Rh. 570, fr. 781 v. 49.

2) Post tempora secundaria.

H. f. 1347 ἐσκεψάμην δὲ καίπερ ἐν κακοῖσιν ὤν,
μὴ δειλίαν ὄφλω τιν' ἐκλιπὼν φάος.

Hercules dicit se semper per totam aetatem curavisse cet., unde apparet coniunctivum recte locum habere.

II. Optativus pendet

a) a ὅπως.

Hipp. 391 ἐπεί μ' ἔρως ἔτρωσεν, ἐσκόπουν ὅπως
κάλλιστ' ἐνέγκαιμ' αὐτόν.

Tr. 1008 τοῦτ' ἤσκεις, ὅπως
ἕποι' ἅμ' αὐτῇ.

b) a μή particula.

Bacch. 1071 ὀρθὸν μεθίει διὰ χερῶν βλάστημ' ἄνω
ἀτρέμα, φυλάσσων μὴ ἀναχαιτίσειέ νιν.

Or. 1459 ἄλλος ἄλλοσε | δίνασεν ὄμμα, μή τις παρὼν τύχοι.

---

[1]) Accedit Jon. 685 (οὐ γὰρ σαίνει θέσφατα, μή τιν' ἔχῃ δόλον). Canis enim σαίνων orat. Hoc loco σαίνει significare videtur πείθει, post quam tamen notionem infinitivus usurpatur. Heimsoethius, Herwerdenus, Wecklenius, Weberus οὐ in σά vel οὐ γάρ in ἀτάρ mutant.

C. De enuntiatis post notiones timendi adhibitis.

Haec constructio ab sententiis primariis orta est. Cum duarum sententiarum altera ex altera penderet ad sensum, una periodo paulatim coniungebantur. Et quinque quidem enuntiata apud Eur. inveniuntur, ubi *μή* particula ex nulla notione praecedenti secundum grammaticae regulam pendet: Alc. 315 *μή σοί τιν' αἰσχρὰν προσβαλοῦσα κληδόνα ἥβης ἐν ἀκμῇ σοὺς διαφθείρῃ γάμους*, H. f. 1399 *ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις*, Or. 776 *μὴ λάβωσι σ' ἄσμενοι*, Rh. 115 *μὴ οὐ μόλῃς*, Tr. 982 *μὴ οὐ πείσῃς σοφούς*. Cum variae notiones praefigerentur, tria enuntiatorum genera facta sunt, quorum duo jam tractata sunt. Euripides, Aristophanes, Herodotus primi post Homerum huiusmodi enuntiata usurpaverunt.[1])

I. Coniunctivus pendet

a) a *μή*

1) Post tempora primaria.

α) Indicativus praesentis *μή* praecedit.

1. Coni. praesentis legitur.

Alc. 1057 *διπλῆν φοβοῦμαι μέμψιν, ἔκ τε δημοτῶν, μή τίς μ' ἐλέγχῃ κτλ.*

ἐλέγχῃ est scriptura cod. B, cum ceteri *ἐλέγχοι* et *ἐλέγξῃ* praebeant. Cum Kirchhoffio et Nauckio *ἐλέγχῃ* lego.

Med. 317 *ὀρρωδία μοι μή τι βουλεύῃς κακόν.*

Elmsleius *βουλεύῃς*, quod requiri videtur, ex scriptura librorum *βουλεύσῃς* restituit. Accedunt Suppl. 90, Or. 770.

2. Coni. aoristi legitur:

And. 48. 186. 808. 1057, El. 902 (*αἰσχύνομαι μέν, μή με τις φθόνῳ βάλῃ*), Heracl. 28, Supp. 544 (bis), Hipp. 418. 520, J. T. 732, Med. 40 (hic v. spurius esse videtur). 118 (*ὑπερ-*

[1]) Cf. Goodwin. l. l. p. 90 seq., Weber. l. l. p. 67, p. 114 seq.

αλγῶ). 306, Or. 1257, Ph. 1594, fr. 575 v. 8 (*λυποῖσι τὸν φύσαντα μὴ πάθωσί τι*).

Or. 790 *ΟΡ. κεῖνό μοι μόνον πρόσαντες. ΠΥ. τί τόδε καινὸν αὖ λέγεις;*
ΟΡ. μὴ θεαί μ' οἴστρῳ κατάσχωσ'.

Sensus est: *illud mihi metum affert, ne* etc. Dubito an Rh. 864 hic locum habeat:

863 *δέδοικα δ' αὐτὸν καί τί μου θράσσει φρένας,*
μὴ καὶ Δόλωνα συντυχὼν κατακτάνῃ.

Ulixes, inquit Hector, *Rheso occiso, equos eius cepit. Et quidem vereor ne Dolonem etiam occiderit.* Cf. Matthiaeum et Nauckium ad h. l. *κατακτάνῃ* secundum usum Homericum, non scriptorum Atticorum, defendi potest. Cf. Il. A. 555 *δείδοικα κατὰ φρένα, μή σε παρείπῃ.* (Ich fürchte, es werde sich herausstellen, dass sie dich überredete), ubi toto quasi contextu orationis rem praeteritam respici significatur. Attici vero coni. perfecti usurpabant, ut hanc notionem exprimerent. Concludendum igitur est aut scriptorem Rhesi usum Homericum imitatum esse, aut *κατακτάνῃ* in *κατέκτανεν* cum Matthiaeo et Nauckio mutandum esse.

Crediderim scripturam codd. retinendam esse.

3. Coni. perfecti legitur: And. 145.

β) Indicativus perfecti *μή* praecedit.

1. Coni. praesentis legitur.

El. 568 *πάλαι δέδοικα, μὴ σύ γ' οὐκέτ' εὖ φρονῇς.*

μὴ οὐ (= ne non) post notiones timendi praeter hunc locum in And. 626 et Phoen. 263 invenitur.

Phoen. 155 *ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί.*

Accedit Phoen. 263.

2. Coni. aoristi legitur:

Hel. 1395, Hipp. 924 (libri praeter *ὑπερβάλῃ* has formas praebent: *-βάλει, -βάλοι, -βάλλοι,* ex quibus aor., qui

requiri videtur, facile restitui potest), J. T. 844, Med. 37. 282, Or. 1520.

γ) μή pendet ab enuntiato.

Phoen. 383 ὅπως δ' ἔρωμαι, μή τι σὴν δάκω φρένα,
δέδοιχ' ἃ χρῄζω.

μή pendet a verbis δέδοιχ' ὅπως ἔρωμαι ἃ χρῄζω.

b) a ὅπως μή.

Hipp. 518 δέδοιχ' ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς σοφή.

Quod Monkius proposuit φανεῖ, reiiciendum est.

c) a ὅπως solo.

In Heracl. 249 libri aoristum praebent

248 ὅμως δὲ καὶ νῦν μὴ τρέσῃς ὅπως σέ τις
σὺν παισὶ βωμοῦ τοῦδ' ἀποσπάσῃ βίᾳ.

Quod μή particula τρέσῃς praecedit, Elmsleius recte ἀποσπάσει restituit.

Cf. Soph. El. μὴ δείσῃς ποθ' ὡς
1310 γέλωτι τοὐμὸν φαιδρὸν ὄψεται κάρα.

Alter locus est J. T. 995.

τήν θεὶν δ' ὅπως λάθω
δέδοικα καὶ τύραννον.

Sententia Iphigeniae haec fuit: πῶς λάθω τὴν θ. καὶ τὸν τ.; Coni. post ὅπως adhibitus est propterea, quod in or. recta hic modus requiritur. Weckleinius notam interrogationis post λάθω posuit, mutavitque δ' ὅπως in δὲ πῶς. Cui non assentior.

2) Post tempora secundaria μή solum invenitur.

α) Indicativus aoristi praecedit.

1. Coni. praesentis legitur.

And. 626 οὕτως ἔδεισας μὴ οὐ κακὴν δάμαρτ' ἔχῃς.

Nisi tallor, res praesens respicitur et coni. secundum regulam defendi potest. Kirchhoffius cum primum Euripidem ederet ἔχοις cum Brunckio, cum iterum, ἔχῃς posuit.

Phoen. 69 *τὼ δ' εἰς φόβον πεσόντε, μὴ τελεσφόρους*
εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν οἰκούντων ὁμοῦ,
ξυμβάντ' ἔταξαν κτλ.

Quod omnes editores, quantum scio, *κραίνωσιν* legunt hanc formam mutare haesito. Nam optativus minus facile hic quam alibi restitui potest.

J. A. 1536 spurium esse probabile est.

Clytaemnestra etiamnunc veretur ne nuntium malum accipiat. Coni. sine dubio in Phoen. 362 recte locum habet:

361 *οὕτω δὲ τάρβος εἰς φόβον τ' ἀφικόμην,*
μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου κτάνῃ κτλ.

II. De optativo post tempora secundaria.

α) Indicativus aoristi praecedit.

1. Opt. aoristi legitur.

El. 30 *παίδων δ' ἔδεισε μὴ φονηθείη φόνῳ.*

Accedunt And. 721 et Tr. 1160. Cf. etiam J. T. 1340 sq.

ἐσῆλθεν ἡμᾶς μὴ λυθέντες οἱ ξένοι
κτάνοιεν αὐτὴν δραπέται τ' οἰχοίατο,

ubi notio timendi subaudienda est. Cf. Or. 1668 (*μ' ἐσῄει δεῖμα*). Similes locutiones sunt J. A. 491 (*μ' ἔλεος εἰσῆλθε*) et ibidem 1410 (*πόθος μ' εἰσέρχεται*).

Hipp. 1310 *ἡ δ' εἰς ἔλεγχον μὴ πέσοι φοβουμένη*
ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε.

Loco scripturae codd. *πέσῃ* scripsi *πέσοι*, quippe cum Phaedra iam mortua sit. Sed res est incerta.

2. Opt. praesentis legitur.

Or. 1418 *προσεῖπε δ' ἄλλος ἄλλον πεσὼν ἐν φόβῳ,*
μή τις εἴη δόλος.

3. Aoristus et praesens ex eodem verbo pendent.

Hec. 1138 *ἔδεισα μὴ σοὶ πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς*
Τροίαν ἀθροίσαι καὶ ξυνοικίσαι πάλιν,

γνόντες δ' Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινα
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις ἄρειαν στόλον
κἄπειτα Θρῄκης πεδία τρίβοιεν τάδε
λεηλατοῦντες, γείτοσιν δ' εἴη κακὸν
Τρώων.

Cum Nauckio coniunctivos in v. 1139 in optativos muto.

β) Indicativus imperfecti exstat.

Aoristus in enuntiato secundario legitur:

El. 22. 26, H. f. 547, Or. 1668.

Rh. 291 *θάμβει δ' ἐκπλαγέντες ἵεμεν*
ποίμνας πρὸς ἄκρας, μή τις Ἀργείων μόλοι.

Cum in libris *μόλῃ* legatur, *μόλοι* scripsi. Nuntius iam scit Rhesum, non Graecos venisse.

Quae cum ita sint, usum coniunctivi et optativi apud Euripidem non multum differre a Sophocleo et Aeschyleo in enuntiatis finalibus concludo.

Nam hi tres poetae

1. *ὡς* particulam saepius quam ceteras usurpaverunt, cum Eur. paullo magis quam Aesch. et Soph., Soph. aliquanto magis quam Aesch. *ὡς* praetulerit.
2. *μή* solum in enuntiatis adverbialibus paullo saepius adhibuerunt, quam *μή* cum *ἵνα*, *ὡς*, *ὅπως* coniunctum. Et quidem apud Eur. fere eadem ratio inter haec duo enuntiatorum genera intercedit, quae apud Soph. et Aesch.
3. optativum post tempora praeterita, cum res tantum praeterita respiceretur, usurpaverunt.
4. optativum posuerunt, cum optativus in enuntiato libero inveniretur. Sed fieri potest, ut Eur. post notiones optandi coni. praetulerit. Hoc non satis constat.

5. Sed Euripides primus *poeta* post Homerum notiones timendi cet. ante μή omisit, vel potius ad veterem dicendi rationem rediit.
6. Eur. semel ὅπως μή (Hipp. 518) post verbum timendi posuit.
7. Eur., ut ceteri tragici, coni. post tempora primaria posuit.

Pars posterior.

De enuntiatis condicionalibus.[1]

I. De coniunctivo.

Quomodo hic modus in protasi adhibitus differat a futuro infra investigabitur. Cum coniunctivus usurpatur, aliquid anticipari significatur, quod quidem de futuro et, nisi fallor, de optativo etiam praedicari potest. Ubi una certa res vel singulae certae res anticipantur, coniunctivus vel futurum, ubi genus rerum, coni. solus adhibetur (multo rarius indicativus).

1) Una certa res anticipatur.

Coniunctivus pendet ex ἤν (ἐάν).

Quod ad formam huius coniunctionis attinet, Euripides, metro non obstante, ἤν semper usurpavit. ἐάν his locis exstat: Hel. 1071, El. 954, Heracl. 256. 516, J. A. 1193 (σφῶν cum Hartungio pro scriptura codd. αὐτῶν recepto), Jon. 425, Cycl. 427, Med. 727, Tr. 718, Phoen. 757, Rh. 143, fragg. 294. 300. In Heracl. 263 libri haec praebent βλάπτων ἐκείνους, μηδὲν ἂν σὺ σωφρονῇς. Assentior Kirchhoffio σωφρονοῖς legenti, ut participium loco protaseos

---

[1]) Particula negativa μή adhibetur. De εἰ οὐ in Med. 88 cf. Krueg. (Griech. Sprachl.) II., 67, 4, 1 et Weckleinium ad h. l.

sit = εἰ βλάπτοις ἐκείνους, μηδὲν ἂν σὺ σωφρονοῖς. Matthiaeus et Nauckius vero, cum coniunctivum retinent, ἢν legunt. Prior correctura longe praeferenda est. In Suppl. 180 ἄν, quod Scaliger restituit, in optimis editionibus pro scriptura librorum ἂν legitur. Sed locus spurius est. In Heracl. 1020 Elmsleius ἢν restituit.

In crasi κἄν pro καὶ ἐάν sicut apud alios scriptores veteres Atticos exhibetur. Forma κἄν a καὶ ἢν oriri non potuit. Cf. Alc. 661 (χἠ), Ar. Thes. 522 (χἤτις), Soph. Ai. 1309 (χἠμᾶς) et al.[1])

De ἂν pro ἢν apud tragicos vitiose scripto cf. Ellendtium in Lex. Soph. I, p. 129.

Particula ἂν (ἢν = εἰ — ἄν) significatur, actionem futuram ex aliqua re pendere[2]).

a) Coni. praesentis exstat[3]) post ἢν.

α) in apodosi futurum invenitur:

Hec. 293 τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν πείσει.

Tua auctoritas, etiamsi male loqueris, persuadebit.

Heracl. 252 ΔΗ. τούσδε δ' οὐκ ἄξεις ποτέ.

ΚΟ. οὐδ' ἢν δίκαιον ᾖ τι καὶ νικῶ λόγῳ;

Nauckius pro scriptura librorum οὐκ restituit οὐδ'. Demophon Copreum Heraclidas ablaturum esse negat, quem hic interrogat: „ne si demonstrabo quidem, meam causam esse justam?"

Exempla attuli duorum generum enuntiatorum con-

---

[1]) κἂν his locis exhibetur: Alc. 56. 847, And. 213. 422. 740, Bacch. 355. 640. 817, Hec. 751, Hel. 1445, Heracl. 67. 342. 587, Suppl. 388. 473, J. A. 33. 533. 1166. 1271, Jon. 674. 1037. 1259. 1415, Cycl. 573, Med. 787, Or. 314. 1195, Tr. 357. 701. 914 1059, Phoen. 629. 777. 975. 1231. 1657, Rh. 126. 141, fragg. 720. 775 v. 3. 794 v. 1. 1117 v. 42. — H. f. 237, Hipp. 424, J. A. 983, Jon. 642, Cycl. 332, Med. 242, Or. 236. 1523, Tr. 647, fragg. 162 v. 2. 277. 345. 346 v. 17. 409. 522. 523. 530. 550. 575. 666. 709. 734. 736 v. 4. 739 v. 2 797. 814 v. 2. 894. 901 v. 4. v. 7. 940.

[2]) Cf. Kuehnerum (Ausf. Gr. Gram. p. 205).

[3]) Actiones verborum in protasi et apodosi contemporaneae sunt.

cessivorum, quorum in altero *κἄν*, in altero *οὐ δέ* adhibetur. Cf. Heracl. 67. 342, J. A. 33, Tr. 1059, Phoen. 1657, frag. 797.

Euripides nonnumquam, ut orationem variaret, eadem periodo enuntiationem temporalem cum condicionali coniunxit.

J. A. 828 *καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς,*
πεισόμεθ᾽, ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πείσομαι.[1])

Cf. ibidem 1174.

aa) Post *ἢν μή*.

Hel. 1393 *ταὐτὰ γὰρ παροῦσά τε*
πράξεις τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἤν τε μὴ παρῇς.

παροῦσα = *ἢν παρῇς*. Ceteri loci sunt: And. 432, J. A. 1025.

aβ) In apodosi praesens invenitur.

In Herc. f. 1282 est en. concessivum, praeterea in Phoen. 777; *οὐδ᾽ ἤν* in Hipp. 995 invenitur. Enuntiationes condicionales his locis exstant: And. 163, Hel. 506. 1388. 1637 (*χρὴ δικάζειν* supplendum), Heracl. 159, J. A. 1271, J. T. 910, Jon. 674, Cycl. 427, Or. 685. 778.

In J. T. 754 *ἀλλ᾽ αὖτις ἔσται καινός, ἢν καλῶς ἔχῃ*, quod intellegi nequit, Bothius *οὔτις ἔστ᾽ ἄκαιρος* restituit, cum verteret „Enimvero nullus sermo intempestivus est, si bene habet“ (Weckleinius: eine gute Bemerkung ist immer angebracht).

In Heracl. 263 non esse en. condicionale supra dixi.[2])

aaβ) Post *ἢν μή*:[3])

El. 1075, J. A. 1271, Med. 1362.

aγ) In ap. perfectum invenitur.

Post *ἤν*: Hel. 981, Rh. 572, fr. 775. v. 3.

---

[1]) Cetera exempla coni. praesentis sunt: And. 338. 432. 442, Bacch. 52, Hec. 399, Hel. 508, El. 638, Heracl. 47. 424. 516, Hipp. 505, J. A. 928, J. T. 337. 754, Jon. 596. 1309, Cycl. 217, Med. 391, Or. 559, Tr. 701, Phoen. 559, frag. 945.

[2]) His locis verbum caret: Or. 236 —, And. 689, Hel. 1425, El. 1016, Suppl. 389, J. A. 1016. 1344. 1380, Rh. 521. *ἐστί* vel *εἰσί* supplendum est.

[3]) In fr. 294 *ἐστί* est subaudiendum.

aaγ)

Post ἢν μή:

Or. 1333 τίς; οὐδὲν οἶδα μᾶλλον, ἢν σὺ μὴ λέγῃς.

Cf. Hel. 980.

aδ) In ap. imperativus invenitur.

Tr. 355 — Bacch. 311, Suppl. 388, J. A. 1421, Jon. 1131, Or. 1191. 1195. 1199, Rh. 143, fr. 364 v. 11. ἢν μή non invenitur.

aε) In ap. opt. potentialis exstat.

Post ἤν:

J. A. 1134 σὺ δ᾽ ἢν ἐρωτᾷς εἰκότ᾽, εἰκότ᾽ ἂν κλύοις.

Marklandus ex εἰκότα κλύεις restituit εἰκότ᾽ ἂν κλύοις. Indicativus hoc loco non tolerandus est. Ceteri loci hi sunt: Hel. 1085, Jon. 425. Accedit Tr. 702, si secundum Nauckium emendatur. Quem locum supra, cum de enuntiatis finalibus scriberem, tractavi. Cf. infra cap. II.

Post ἢν μή: Suppl. 181 spurius est.

aζ) In ap. coni. prohibendi exstat.

Post ἤν: J. T. 1219.

aη) ἤν pendet ex en. finali:

Hel. 743. Hic locus supra tractatus est.

aϑ) Imperfectum in ap. exstat.

Frag. 736 σπάνιον ἄρ᾽ ἦν θανοῦσιν ἀσφαλεῖς φίλοι,
κἂν ὁμόθεν ὦσι. Cf. frag. 807

μέγιστον ἄρ᾽ ἦν ἡ φύσις. Hoc imperfecto aliquid verum esse iam perspici significatur, quod prius non perspectum est.[1])

aι) Aoristus pro praesenti in ap. exstat

Tr. 718 ἐπῄνεσ᾽ αἰδῶ, πλὴν ἐὰν λέγῃς καλά.

Hic aoristus saepe apud poetas scenicos invenitur, quo significatur, ex persona loquentis rem quae agitur iam actam esse.

---

[1]) Cf. Krueg. l. l. 53, 2, 6.

ακ) Apodosis orationis obliquae est.
Imperativus praecedit.

Med. 749 (ὄμνυ) μήτ' αὐτὸς ἐκ γῆς σῆς ἔμ' ἐκβαλεῖν ποτε,
μήτ' ἄλλος ἤν τις τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν ἄγειν
χρήζῃ, μεθήσειν ζῶν ἑκουσίῳ τρόπῳ.

Verba iuris iurandi haec fuerunt μεθήσω κτλ.

aaκ) Aoristus praecedit.

Suppl. 498 ὤμοσεν πόλιν
πέρσειν θεοῦ θέλοντος ἤν τε μὴ θέλῃ.

θεοῦ θέλοντος = ἤν τε θεὸς θέλῃ. Sacramenti verba haec fuerunt: πέρσω κτλ. Coni. usurpatur, ut verba loquentis retineantur. Sed optativus post tempora praeterita usitatior est.[1])

b) Coni. aoristi exstat.[2])

α) Futurum in ap. invenitur:

Bacch. 817 ἀλλ' ἐξιχνεύσουσίν σε, κἂν ἔλθῃς λάθρᾳ.

Pentheus in animo habet in montem ire, ut Bacchas observet, quocirca ἔλθῃς, quod Piersonus pro θέλῃς proposuit, recte locum habet. Scriptura codicis intelligi nequit.

Hel. 1291 ἢν δ' Ἑλλάδ' ἔλθω καὶ τύχω σωτηρίας,
παύσω ψόγου σε τοῦ πρίν, ἢν γυνὴ γένῃ
οἵαν γενέσθαι χρή σε σῷ ξυνευνέτῃ.

Hic locus dignus qui notetur est, quippe cum ex verbo παύσω duae enuntiationes condicionales pendeant, altera praepositiva, altera postpositiva, quarum prior idem valet quod en. temporalis = ὅταν κτλ.

J. A. 515 οὐκ, ἤν νιν εἰς Ἄργος γ' ἀποστείλῃς πάλιν.

Post οὐκ verba ἀναγκάσει σε τὴν σὴν κτανεῖν ex v. 513 subaudienda sunt. ἤν νιν in codd. ambobus legitur, in Palatino 287 vero m. sec. εἰ scripsit. Etiam in eodem

---

[1]) Cf. Krueg. l. l. 65, 21, 4.
[2]) Actio verbi in protasi exhibiti actionem apodoseos praecedit.

cod. m. sec. γ᾽ addidit, quo omisso metrum mendosum est. *ἀποστείλῃς* est Marklandi probabilis coniectura pro *ἀποστελεῖς*. Nam coni. *aoristi* requiri mihi videtur.

Mendum metricum etiam coniectura Kirchhoffii removetur *οὐκ, ἤν νιν Ἄργος ἐξαποστείλῃς πάλιν*; sed, ut opinor, γ᾽ praeferendum est, quod Weilius recepit.

Matthiaeus scripsit *εἴ νιν εἰς Ἄργος γ᾽ ἀποστελεῖς πάλιν.* Sed ubi de scriptura Euripidea dubitatur *ἤν* melius restituitur, quam formam hic poeta praetulit, cum Aeschylus longe saepius *εἰ* usurpaverit. De *ἤν* et *εἰ* in sermone tragicorum adhibito cf. infra cap. II.[1])

J. A. 1192 *τίς δὲ καὶ προσβλέψεταί*
παίδων σ᾽, ἐὰν σφῶν προέμενος κτάνῃς τινά;

Correcturam Elmsleii *προέμενος* pro *προθέμενος* et *σφῶν*, quod Hartungius proposuit, loco scripturae codd. *αὐτῶν* cum Nauckio recepi. Cf. supra.

Med. 723 *οὕτω δ᾽ ἔχει μοι σοῦ μὲν ἐλθούσης χθόνα,*
πειράσομαί σου προξενεῖν δίκαιος ὤν.
τοσόνδε μέντοι σοι προσημαίνω, γύναι·
ἐκ τῆσδε μεν γῆς οὔ σ᾽ ἄγειν βουλήσομαι,
αὐτὴ δ᾽ ἐάνπερ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους,
μενεῖς ἄσυλος κοὔ σε μὴ μεθῶ τινι.
ἐκ τῆσδε δ᾽ αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα·
ἀναίτιος γὰρ καὶ ξένοις εἶναι θέλω.

Vv. 725—728 *διττογραφίαν* continere versuum 723. 724. 729. 730, Weckleinius recte monuit. Cui assentior dicenti Euripidem Medeam bis edidisse, vv. 725—728 prioris editionis esse.

Cf. etiam Christium.[2]) Istae *διττογραφίαι* (complures

---

[1]) Praeterea his locis futurum subaudias: Hel. 832, El. 274. 582, Heracl. 1020 (Elmsleius coni. aoristi restituit), Or. 645.

[2]) In libro quem de historia litterarum Graecarum scripsit (II. ed. a. 1890) p. 219.

enim in Medea inveniuntur) primum in margine scriptae, postea in textum receptae sunt.

Or. 308 ἢν σὺ κατθάνῃς,
γυνὴ τί δράσω; πῶς μόνη σωθήσομαι κτλ.

Cum hoc loco futurum adhibitum sit, coni. deliberativus saepius invenitur. In El. 967 τί δῆτα δρῶμεν μητέρ'; ἢ φονεύσομεν; coni. et fut. coniunguntur.

Phoen. 1282 ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανῇ, ex v. 976 huc retractum esse recte monuit Kirchhoffius.

Alc. 846 κἄνπερ λοχήσας αὐτὸν ἐξ ἕδρας συθεὶς
μάρψω, κύκλον δὲ περιβάλω χεροῖν ἐμαῖν,
οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται.

Haec sunt verba Herculis ad tumulum Alcestidis ituri ut eam Morti eripiat.

Pro περιβαλὰν et περιβαλῶ, que sunt scripturae codd., cum Monkio et Kirchhoffio περιβάλω scripsi. Matthiaeus tamen, qui in adnotatione Monkio adstipulatus est, et Nauckius ex *B* (Vatic.) περιβαλῶ receperunt. Ut opinor, περιβάλω recte se habet, nisi alio loco sedes vitii quaerenda est. Cf. infra ad J. A. 1171.

bb α) Post ἢν μή.

J. T. 1010 ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

Canterus restituit ἄξω δέ σ' pro ἥξω δέ γ'. Marklandus et Nauckius ediderunt μὴ αὐτὸς, ubi elisio fit. καὐτὸς in libris legitur. Sed ἐνταυθοῖ vix recte se habet, videtur enim a tragico sermone alienum esse. Weckleinius scripsit ἤνπερ καὐτὸς ἐκσωθῶ χθονός, quod nimis longe a scriptura codd. recedit.

---

[1]) Ceteri loci hi sunt: Bacch. 640, Hel. 1444 —, Alc. 56. 846, And. 338. 663. 999, Hec. 313, Hel. 480. 929. 1071. 1176, El. 690, Heracl. 712. 714, Suppl. 473. 1208, J. A. 519. 533. 1166. 1171. [1542], J. T. 101. 762. 764. 980. 1230, Jon. 527. 1037. 1259. Cycl. 314. 573. 575, Med. 260. 787, Or. 1316, Tr. 904. 914, Phoen. 561. 571. 578. 765. 938. 976. 1231, Rh. 141.

Obserya verba in v. 1011 ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα. Orestes prius v. 1008 sq. haec verba fecerat

κοινόφρων δὲ σοὶ
καὶ ζῆν θέλοιμ' ἂν καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον.

Verba σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα nihil aliud significant ac θέλοιμ' ἂν καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον. Qua de causa nescio an Dindorfius recte v. 1010 sq. damnaverit.[1])

J. A. 1171 ἄγ', ἢν στρατεύσῃ καταλιπών μ' ἐν δώμασιν,
κἀκεῖ γένῃ σὺ διὰ μακρᾶς ἀπουσίας,
τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς;

Clytaemnestra Agamemnonem alloquitur. Audi Marklandum ad h. l. „Vox ἢν et sensus postulant, opinor, στρατεύσῃς, ut γενήσῃ, modi subiunctivi, secundam personam.“ γενήσῃ, quam codd. praebent, non est coniunctivi forma, sed futuri. Elmsleius εἰ στρατεύσει — γενήσει proposuit. Weilius, qui γενήσει scripsit, sic verba fecit: „C'est que la longue absence d'Agamemnon n'est qu'un corollaire de son départ pour la guerre. Hermann cite cette phrase d'Hérodote (III, 69): Ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται κτἑ.“ Steinius tamen εἰ ex Cod. Romano Vat. 123 et τυγχάνει ex codd. primi ordinis recepit. Sed res incerta esse mihi videtur. Scripsi γένῃ σὺ secundum Kirchhoffii coniecturam. Sed hic ipse vir doctissimus γενήσῃ legit et cum eo Nauckius.

bβ) In apodosi praesens invenitur.

Post ἤν:

And. 381 ὡς ἢν θάνῃς σύ, παῖς ὅδ' ἐκφεύγει μόρον,
σοῦ δ' οὐ θελούσης, κατθανεῖν τόνδε κτενῶ.

Tempore praesenti ἐκφεύγει actio significatur, quae in praesentia praeparatur. Cf. Kruegerum l. l. II, 53, 1, 6. Verba σοῦ δ' οὐ θελούσης idem valent quod en. condicionale. οὐ exstat, quia duae notiones in unam coeunt. *Si*

[1]) Ceteri loci sunt: And. 202. 663. Bacch. 960, Hipp. 512, Or. 1149. 1593.

recusaveris etc. Cf. Thuc. III, 55, 3 *εἰ δ' ἀποστῆναι Ἀθηναίων οὐκ ἠθελήσαμεν ὑμῶν κελευσάντων, οὐκ ἠδικοῦμεν.*[1])

bbβ) Post *ἢν μή*: Alc. 850. In Hec. 751 *ἐστί* suppleas.

bγ) In ap. perfectum invenitur.

Post *ἤν*: frag. 1118 v. 42 —, J. A. 915, Phoen. 955.

bδ) In ap. imperativus invenitur.

Post *ἤν*: frag. 720 — Bacch. 355, Hec. 870. 874, El. 954, Heracl. 310. 311. 587, Suppl. 1194, Phoen. 629, Rh. 832, frag. 955.

J. A. 150 *ἢν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσῃς,*
πάλιν ἐξόρμα, σεῖε χαλινούς.

Quod in codd. legitur *ἐξορμάσῃς* (*ἐξορμάσεις*) *χαλινοίς* vel *τοὺς χαλινούς*, utpote quod neque in sensum quadret, neque metro respondeat, Blomfieldius recte mutavit. Cf. Marklandum ad h. l.

bbδ) Post *ἢν μή*: Hel. 1392.

bbε) In ap. opt. potentialis exstat.

Post *ἢν μή*:

Phoen. 1215 *ΑΓΓ. οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοι κακά.*
ΙΟ. ἢν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα.

bζ) Optativo in ap. adhibito aliquid optatur.

Post *ἤν*: J. A. 1007 *μὴ θάνοιμι δ', ἢν σώσω κόρην.*

bbζ) Post *ἢν μή*:

Or. 1147 *μὴ οὖν ζῴην ἔτι,*
ἢν μὴ 'π' ἐκείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν,

ἢν μή- σπασώμεθα a Nauckio legitur. Codd. *εἰ μὴ — σπάσω μέλαν* et *ἐ. μ. — σπασείμεθα* (B) praebent. Cum verbis Pyladis minae exprimantur, scripturam codd. *εἰ μὴ* praefero et *σπάσω μέλαν* retineo. Cf. cap. II.

---

[1]) Ceteri loci sunt: And. 90 —, Alc. 850, And. 188, Hel. 1091, H f. 848, Suppl. 541, Jon. 1415, Med. 389, Or. 70, Phoen, 758. 775. 975. 976, fragg. 73. 364 v. 3. 438, De Or. 1282 cf. supra ad Or. 976. — Subaudias *ἐστί* his locis: Hec. 751. 1006, Heracl. 256, Hipp. 443, Phoen. 1280.

bη) In ap. coni. prohibendi exstat.

Post ἤν: Hec. 871. Hunc locum supra attuli.

bϑ) ἤν pendet ex en. finali.

Bacch. 822 *ΠΕ. τί δὴ τόδ'; εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ;*
ΔΙ. μή σε κτάνωσιν, ἢν ἀνὴρ ὀφθῇς ἐκεῖ.

bι) Ap. in or. obliqua posita est.

J. T. 755 *ἐξαίρετόν μοι δὸς τόδ', ἤν τι ναῦς πάθῃ,*
χἠ δέλτος ἐν κλύδωνι χρημάτων μέτα
ἀφανὴς γένηται, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον,
τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον.

Pylades ab Iphigenia petit, ut sibi hanc exceptionem det, etc. In or. recta apodosis haec esset *ὁ ὅρκος ἐστὶν ὅδε οὐκέτ' ἔμπεδος.*

2) ἤν ad genus rerum futurarum spectat.

Solemus, cum genus rerum quas exspectamus una contemplemur, sententia generali una eas omnes complecti. Non dicimus: Si Mors cras venerit, perendie venerit, etc., nemo mori volet; sed: Si Mors venerit (veniet), nemo mori volet, vel si Mors venit nemo mori vult. Graeci coni. praesentis vel aoristi in protasi, indicativum praesentis (rarius multo aoristi et perfecti), nonunquam imperativum, in apodosi usurpabant.

Apodosi id quod quovis tempore fieri solet significatur, quocirca praesens adhibetur; in protasi vero notio distincte futura inest.

a) Coni praesentis exstat.

α) Praesens in ap. invenitur.

Post ἤν: And. 422 (subaudias *ἐστί*), H. f. 237, Hipp. 424, J. A. 983, Jon. 642. 674 (*ἐστί* supplendum), fragg. (sc. *ἐστί*) 364 v. 17. 409. 523. 530. 666. 709. 739. 814. 831. 894. 901 v. 4. 940. — Hec. 257, J. A. 980, Cycl. 332, Med. 242 (*ἐστί* supplendum), Tr. 647. 688, Phoen. 403. 1649 (in ambobus locis *ἐστί* supplendum), fragg. 173. 254. 277. 289. 341. 364 v. 27. 379. 819. 1047 (*ἐστί* suppl.).

Or. 314 κἂν μὴ νοσῇ γάρ, ἀλλὰ δοξάζῃ νοσεῖν,
κάματος βροτοῖσιν ἀπορία τε γίγνεται.

His verbis scena finita, Electra in palatium intrat. Hermannus recte monuit, scenam sententia generali finiri.[1]) De numero singulari in protasi cf. Alc. 355

ἡδὺ γὰρ φίλους,
κἂν νυκτὶ λεύσσειν, ὅντιν' ἂν παρῇ χρόνον,

ubi ex plurali in apodosi singularis φίλος subaudiendus est.

Etiam And. 421 οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ
βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν κυρῇ.

In cod. A νοσήσῃσ-δοξάζῃς, in B νοσῇς-δοξάζεις, in E νοσῇ-δοξάζῃ, in F C νοσῇς-δοξάζῃς leguntur. Et criticus quidem Callistratus, discipulus Aristophanis Byzantini scripturam eandem, quam praebet cod. E (Parisinus), approbavit. Cf. scholiastam. Quod in Marciano legitur νοσήσῃς a νοσῇ et νοσῇς ortum est secundum Kirchhoffium, neque dubito quin res se ita habeat. Sed poeta, ni fallor, dedisset κεἰ μὴ νοσεῖς κτἑ, si Electra fratrem allocuta esset. Res enim praesens respicitur, neque coni. umquam usurpatur, nisi res ad rem futuram spectat. Locos quidem complures iam tractavimus, ubi coni. res praes. respici visa est; sed sensus semper erat: apparebit, cum res explorata erit. Coni. ad rem tantum futuram spectat. Ex eo quod dixi apparet me Nauckio v. 315 uncinis secludenti non adstipulari.

aa α) Post ἢν μή:

Suppl. 597. 1082, Cycl. 332, Med. 31, Tr. 647, frag. 901 v. 7.

aβ) In ap. perfectum exstat:

Post ἤν:

Jon. 674, frag. 379.

---

[1]) Cf. scholiastam ad h. l. τοῦτο καθολικῶς ἔδει ἐξενεγκεῖν οὕτω. κἂν μὴ νοσῇ τις κτἑ.

aγ) Aor. gnomicus in ap. exstat.

Post ἤν:

Or. 706 καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ
ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα.

aδ) Imperativus in ap. exstat: frag. 277.

bα) Coni. aoristi exstat.
Praesens in ap. invenitur.

Post ἤν:

Alc. 671 ἢν δ' ἐγγὺς ἔλθῃ θάνατος, οὐδεὶς βούλεται θνήσκειν. Ceteri loci hi sunt:

And. 213, fragg. 522 (sc. εἰσί). 734. 894. — Hec. 586, J. A. 375 (sc. ἐστί), J. T. 381. 382, Jon. 673, Med. 571, Phoen. 199, fragg. 200. 575 v. 7. 612. 900 v. 3. v. 9. 926.

bβ) Perfectum in ap. exstat.

Post ἤν: Hec. 601, Jon. 673.

bγ) Aor. gnomicus in ap. invenitur.

Post ἤν: Tr. 691 (in eodem nexu praesens in ap. eiusdem generis invenitur).

cα) In prot. coni. perf., in ap. praes. invenitur: frag. 345.

3) De ἤν particula per ellipsin adhibita.
Notiones percipiendi et efficiendi praecedunt.

Locos VII invenimus, quos, etsi in ἤν sic adhibito vis interrogativa[1]) inest, hic afferamus.

And. 42. δειματουμένη δ' ἐγὼ
δόμων πάροικον Θέτιδος εἰς ἀνάκτορον
θάσσω τόδ' ἐλθοῦσ', ἤν με κωλύσῃ θανεῖν.

πειρωμένη subaudias. Cf. francogallice *si* et anglice *if*.

Hel. 428 μόνος δὲ νοστῶ, τοῖς ἐκεῖ ζητῶν φίλοις
τὰ πρόσφορ', ἤν πως ἐξερευνήσας λάβω.

Menelaus haec verba facit.

---

[1]) Cf. Kuehn. l. l. p. 1035.

El. 109 ἐζώμεσθα κἀκπυθώμεθα
δούλης γυναικός, ἤν τι δεξώμεσθ' ἔπος
ἐφ' οἷσι, Πυλάδη, τήνδ' ἀφίγμεθα χθόνα.

Etiam hunc locum attulimus, etsi ἤν ex ἐκπυθώμεσθα pendet. Cf. anglice: J inquired of him if, etc.

H. f. 278 τῆς δ' ἐμῆς, Ἀμφιτρύων,
γνώμης ἄκουσον, ἤν τι σοι δοκῶ λέγειν.

Similis est Hel. 1049 ἄκουσον, ἤν τι καὶ γυνὴ λέξῃ σοφόν. H. e., ἵνα εἰδῇς κτἑ.

Med. 389 μείνασ' οὖν ἔτι σμικρὸν χρόνον,
ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ,
δόλῳ μέτειμι τόνδε καὶ σιγῇ φόνον.

Cf. supra ad And. 44.

Accedit Or. 1218 φύλασσε δ' ἤν τις
1220 ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ.

4) Num coni. post εἰ particulam apud Eurip. recte legatur.

In Or. 1534 cum codd. complures scripturas praebeant, in A legitur κἀμὲ μὴ σώζειν θέλῃ γρ. κἀμὲ μὴ σώσῃ θανεῖν, in B κἀμὲ μὴ σώσῃ θανεῖν. Assentior Kirchhoffio sic legenti

1533 εἰ γὰρ Ἀργείους ἐπάξει τοῖσδε δώμασιν λαβών,
1534 τὸν Ἑλένης φόνον διώκων, κἀμὲ μὴ σῴσει θανεῖν,
1536 παρθένον τε καὶ δάμαρτα δύο νεκρὼ κατόψεται.

Orestes minatur se Helenam et Hermionam occisurum esse, nisi Menelaus sibi et sorori et amico parcat. Qua de causa futurum recte locum habet. Alter locus est Jph. A. 1240. Iphigenia patrem alloquitur his verbis

βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε
1238 ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν
μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσει λόγοις.

Cum Elmsleio et Weilio futurum posui; filia enim ducis, angore confecta, conatur illum commovere ut con-

silium se interficiendi mutet. Verbis sequentibus quibus fratrem parvum adhortatur, ut sibi auxilium ferat, cum secum lacrimetur, illam non plane desperare demonstratur. Elmsleius Hipp. 1088 confert

δράσω τάδ', εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσει λόγοις, ubi Theseus Hippolyto minatur. Weilius a forma *πεισθήσει* ortum esse *πεισθῇς* probabiliter coniecit. Nauckio damnanti v. 1240 non assentiendum est.

Alios locos Euripideos non invenimus. Apud Sophoclem quattuor locos reperimus (Ai. 496, Or. 198. 874, O. C. 1442), quorum unum (Ai. 496) Bothius, quem Dindorfius et Nauckius secuti sunt, correxit. Cf. etiam Lobeckium (ed. III) ad h. l. In O. C. 509 Dindorf. opt. legit. In Aesch. Pers. 791, ubi post *εἰ* optativus et coni. coniuncti sunt, Dind. monuit Aeschylum pro *εἰ στράτευμα πλεῖον ᾖ* scribere potuisse *στράτευμ' εἴη πλέον.* Sed ne hoc quidem poetam dedisse existimat, sed pro *πλεῖν ᾖ* proponit *πληθύνοι.*

De Or. 1534, quem versum supra tractavimus, Matthiaeus lectionem *εἰ* librariorum e consuetudine serioris temporis nata errori tribuit, scripsitque *ἤν.* Ut opinor, idem vir doctus sic locos Soph. correxisset. Praeterea hi loci apud Aristophanem inveniuntur: Eq. 678. 700. 805, Pac. 450. Sed haec constructio rarissime apud poetas ipsos occurrit, nedum in oratione soluta. Nescio an loci, ubi in oratione soluta Atticorum *εἰ* c. coni. exstat, corrupti sint.

II. De optativo in en. condicionalibus adhibito.

Cum una certa res futura tum genus rerum futurarum optativo, aeque ac coniunctivo, respicitur; illo tamen modo actio longius removetur. Futurum in condicionibus minandi et monendi[1]) usurpatur, quae constructio apud tragicos saepe invenitur. Nam ubi res futura

---

[1]) Cf. Gildersleevium (Trans. of Am. Phil. Assoc. 1876) p. 13.

distinctius exprimitur, Aeschylus locis XV futurum, VIII coni., Sophocles locc. XLVI fut., LV coni., Euripides locc. XCVIII fut., CLXXVIII coni. usurpaverunt, cum in oratione soluta et apud Aristophanem coni. praeponderet. De Aristophane nihil aliud expectandum est, quippe cuius sermo longe humilior et abiectior sit quam tragicorum. Sed Eur. etiam coni. multum praetulit. Ex quo apparet huius poetae quam tragicorum ceterorum sermonem paullo similiorem esse populari. Nonnunquam fut. et coni. in eadem periodo exstant. Cf. Goodwinium, qui exempla affert. Optativus coniunctivo respondet, sed, ut supra dictum est, illo res futura longius removetur. In enuntiatis condicionalibus, hoc est secundariis,[1]) *εἰ* adhibetur, quod unde ortum sit, non satis constat.[2]) Crediderim Ludovicum Langium recte dixisse,[3]) *εἰ* et *αἰ* particulas similes interiectionibus esse idoneas, quibus res optatae et res assumptae introducantur.

1) *εἰ* ad unam rem futuram spectat. In apodosi plerumque optativus cum *ἄν* exstat (rarius indicativus), in protasi *εἰ* c. opt. invenitur. Nonnullis locis Eur. codd. *ἄν* in prot. praebent.

In And. chorus genus nobile laudibus effert.

770 *εἴ τι γὰρ πάσχοι τις ἀμήχανον, ἀλκᾶς*
οὐ σπάνις εὐγενέταις.

γὰρ ἄν in libris exstat, *ἄν* recte omiserunt Dindorfius, Hermannus, Kirchhoffius, Nauckius. Cf. v. antistrophicum.

781 *ἡδὺ μὲν γὰρ αὐτίκα τοῦτο βροτοῖσιν.*

Andromacha nondum *ἀμήχανον ἔπασχε;* nam Peleus illi auxilium iam tulit. Quocirca chorus hoc cogitare tan-

---

1) Cf. cap. II, 3.
2) Cf. Brugmann. l. l. p. 232.
3) In libro quem scripsit de *εἰ* particula a. 1872.

tum *εἴ τι πάσχ. ἁμ.* mihi videtur, neque Baeumleinio[1]) hunc locum aliter explicanti defendentique *ἄν* adstipulor.

In Hel. 825 Kirchhoffius et Nauckius recte legunt *ἴσως ἂν ἀναπείσαιμεν ἱκετεύοντέ νιν* pro *εἴ πως ἂν κτέ.* Hel. nititur uno cod. *C* (Flor. 32, 2). In prot. *ἄν* locum habere potest, cum *εἰ* idem valet quod *ἐπεί* vel *ὅτι.*[2]) Quam structuram non tractabimus, quippe quam apud Eur. non invenerimus. Particula *ἄν* in apodosi condicio aliqua respicitur.

1. *εἰ* ad unam rem futuram pertinet.[3])

aα) In utroque membro optativus praesentis invenitur:

Hec. 318, Hel. 434 (*οὐδ᾽ εἰ*) — Bacch. 947, El. 632, J. A. 306. 834, frag. 895. In Or. 775 (*εἰ λέγοιμ᾽ ἀστοῖσιν ἐλθὼν*) apodosis deest. Verba *ἦ καλῶς ἂν ἔχοι* vel. sim. subaudias.

aaα) In protasi exstat *εἰ μή.*

Med. 568 *οὐδ᾽ ἂν σὺ φαίης, εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος.*[4])

aβ) In prot. opt. praes., in ap. opt. aor. exstat.

And. 595 *οὐδ᾽ ἂν εἰ βούλοιτό τις*
σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη. —

Or. 698 sqq.

---

[1]) In libro qui est de mod. graec. p. 331.

[2]) Cf. Kuehn. l. l. p. 983, Akenium in actis quae inscribuntur „N. Jahrb. f. Phil.“ II. 1858 p. 96, eundem in libro quem inscripsit „Grundzüge“ etc. cap. 31.

[3]) Indicativus, non optativus, ut mihi videtur, in Or. 1133 exstat (*εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωφρονεστέραν ξίφος μεθεῖμεν, δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος*). Apodosis ad rem praesentem, protasis ad praeteritam spectat. Pylades amico consilium interficiendi Helenam explicat.

[4]) Optativus locum habet, quia Jason Medeam responsuram esse existimat *βεβούλευσαι κακῶς.* In Hipp. 471 *εἰ — ἔχεις*, Lascaris *ἔχοις* posuit. Sed assentior Matthiaeo sic defendenti *ἔχεις*: „ubi enuntiatum condicionale rem continet, quae pro vera ponitur, indicativus adiungi solet, quamvis sequatur optativus, quippe de re, quae probabili coniectura inde efficitur.“ In Hec. 1206 *ὁ χρυσός, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν, ἔκτεινε τὸν ἐμὸν παῖδα, λέγοις ἂν* subaudias.

b α) In prot. opt. perfecti, in ap. opt. praes. exstat: Rh. 474.

c α) In prot. opt. aor., in ap. praes. invenitur: Alc. 464, J. T. 582, Med. 731, frag. 891. Yxemius recte emendavit Jon. 331, ut legeretur *εἰ πόνου μοι ξυλλάβοι, χαίροιμεν ἄν.*

Or. 1172 *ἑνὸς γὰρ εἰ λαβοίμεθ' εὐτυχοῖμεν ἄν,*
εἴ ποθεν ἄελπτος παραπέσοι σωτηρία
κτανοῦσι μὴ θανοῦσιν.

Prior condicio altera explicatur. In Phoen. 724 *εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλοιμεν ἐκ λόχου;* ap. deest. Cf. a α ad Or. 775. Cf. etiam And. 845. In Phoen. *τί δ', εἰ καθιππεύσαιμεν Ἀργείων στρατόν;* Eteocles dicit *τί δὲ λέγοις ἂν κτἑ.* Cf. J. T. 1024.

c β) In utroque membro opt. aor. invenitur: Hel. 699, Or. 780, fragg. 529. 586. In Tr. 703 *εἴ νιν* secundum Kirchhoffii coniecturam legendum censeo. Cf. supra.

c c γ) In ap. *εἰ μή* c. opt. aor., in ap. opt. praes. quo aliquid optatum exprimitur, exstat.

Med. 542 *εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις*
μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι.

H. e. *βουλοίμην ἂν εἶναι κτἑ.*

c δ) Opt. aor. in ap. exstat.

Or. 1086 *μήθ' αἷμα μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,*
μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ εἰ σ' ἐγὼ προδούς ποτε
ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπολίποιμί σε.

a ε) In prot. coni. praes. exstat, in ap. futurum subaudias.[1])

---

[1]) Indicativo sententia apodoseos multo firmius certiusque pronuntiatur quam optativo. Cum ind. in ap. adhibetur, desistitur ab incepta dicendi ratione.

Hipp. 1052 *ΙΠ.* *ἀλλά μ' ἐξελᾷς χθονός;*
ΘΗ. πέραν γε πόντου καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν,
εἴ πως δυναίμην.

σ' ἐξελῶ ex v. 1052 supplendum est. Cf. frag. 176.

c ε) In prot. coni. aor. invenitur.

Frag. 126 *ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν;*

Uno loco, ubi *οὐ μή* c. coni. praecedit, futurum suppleas:

H. f. 719 *οὔκ, εἴ γε μή τις θεῶν ἀναστήσειέ νιν.*

H. e. *οὐ μολεῖται Ἡρακλῆς.* Accedit Hipp. 1250

. . . . . οὐ δυνήσομαί ποτε
τὸν σὸν πυθέσθαι παῖδ' ὅπως ἐστὶν κακός,
οὐδ' εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος
καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
πεύκην.

aa ζ) In prot. coni. praes., in ap. ind. praes. invenitur.

Hec. 785 *ΑΓ. φεῦ φεῦ· τίς οὕτω δυστυχὴς ἔφυ γυνή;*
ΕΚ. οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τὴν τύχην αὐτὴν λέγοις.[1])

Varia lectio est *λέγεις.*

c η et cc η) In prot. coni. aor. invenitur.

Hec. 852 *καὶ βούλομαι θεῶν θ' οὕνεκ' ἀνόσιον ξένον*
καὶ τοῦ δικαίου τήνδε σοι δοῦναι δίκην,
εἴ πως φανείη γ' ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς,
στρατῷ τε μὴ δόξαιμι Κασάνδρας χάριν
Θρῄκης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.

c θ) *ἔμελλε θήσειν* in ap. invenitur.

J. A. 1403 *Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριόν μέ τις θεῶν*
ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων.

Quod Achilles dicit *εἰ τύχοιμι*, non *εἰ ἔτυχον*, se a spe ducendi illam in matrimonium nondum destitisse significat.

---

[1]) Quod Iphigenia Pyladi dicit (Jph. T. 750) *εἰ δ' ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀδικοίης ἐμέ;* verba *τί σοι καταρᾷ* vel similia subaudienda.

cι) En. condicionale pendet a vv. εἰπεῖν ἤθελον.

El. 909 καὶ μὴν δι' ὄρθρων γ' οὔποτ' ἐξελίμπανον
θρυλλοῦσ' ἅ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σόν,
εἰ δὴ γενοίμην δειμάτων ἐλευθέρα.

Electra secum haec cogitaverat εἰπεῖν ἐθέλω ταῦτα κατ' ὄμμα αὐτοῦ, ἢν δὴ γένωμαι κτἑ. Opt. loco coniunctivi post tempus praeteritum usurpatus est.

cκ) Loco apodoseos en. finale positum est.

Hec. 10 πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρᾳ
πατήρ, ἵν', εἴ ποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι,
τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.

Sententia Priami fuerat ἤν ποτε — πέσῃ.

aκ) Opt. praes. in prot., en. fin. loco ap. invenitur.

Frag. 392 εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην,
395 ἵν', εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενί,
396 μή μοι νεῶρες προσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

aλ) Opt. praes. in prot., part. finale in ap. exstat.

And. 964 ἦλθον δὲ σὰς μὲν οὐ σέβων ἐπιστολάς,
εἰ δ' ἐνδιδοίης, ὥσπερ ἐνδίδως, λόγον,
πέμψων σ' ἀπ' οἴκων τῶνδ'.

Orestes secum sic cogitaverat ἢν Ἑρμιόνη ἐνδιδῷ λόγον.

aμ) In prot. opt. praes. exstat, ap. in or. obl. posita est.

Agamemnon enarrat (Iph. A. v. 49 sqq.) Tyndareum consilium cepisse commovendi procos ut iurarent

61 ὅτου γυνὴ γένοιτο Τυνδαρὶς κόρη,
τούτῳ συναμυνεῖν, εἴ τις ἐκ δόμων λαβὼν
οἴχοιτο τόν τ' ἔχοντ' ἀπωθοίη λέχους.

Verba sacramenti haec fuerant ὅτου ἂν γυνὴ γένηται, τούτῳ συναμυνοῦμεν, ἤν τις — οἴχηταί — ἀπωθῇ.

Orestes (J. T. 660 sqq.) Iphigeniam sacerdotem esse Argivam concludit

665 ἔστιν ἡ ξένη γένος
ἐκεῖθεν Ἀργεία τις· οὐ γὰρ ἄν ποτε
δέλτον τ' ἔπεμπε καὶ τάδ' ἐξεμάνθανεν
ὡς κοινὰ πράσσουσ', Ἄργος εἰ πράσσοι καλῶς.

Frag. 21 δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας
λαὸς πολιτεύοιτο;

In or. recta ap. est οἰκοίη ἂν γαῖα;

In frag. 336 δοκεῖς — παῖδ' ἀνήσειν τὸν σόν, εἰ θέλοις στένειν; ἀνήσειν respondet futuro indicativi.

cμ) In prot. opt. aor. exstat, ap. in or. obl. posita est.

Tro. 927 Ἥρα θ' ὑπέσχετ' Ἀσιάδ' Εὐρώπης θ' ὅρους
τυραννίδ' ἕξειν, εἴ σφε κρίνειεν Πάρις·
Κύπρις δὲ τοὐμὸν εἶδος ἐκπαγλουμένη
δώσειν ὑπέσχετ', εἰ θεὰς ὑπερδράμοι
κάλλει.

J. e. ἕξεις, ἤν με κρίνῃς — δώσω, ἢν — ὑπερδράμω.

ccμ) Ante Hel. 817 εἰ μὴ τύραννός σ' ἐκπύθοιτ' ἀφιγμένον.

ex v. 815 verba μί' ἔστιν ἐλπίς, ἡμᾶς σωθῆναι ἄν subaudienda sunt.

2) εἰ ad genus rerum spectat.

Talium enuntiatorum duo genera apud Euripidem inveniuntur: nam aut tempus imperfectum, aut tempus praesens vel aor. gnomicus in ap. exstat.

aα) In prot. opt. praes., in ap. ind. praes. invenitur.

Frag. 255 τὸ γὰρ λέγειν
εὖ, δεινόν ἐστιν, εἰ φέροι τινὰ βλάβην.

In cap. I nonnullos locos tractavi ubi in sententiis generalibus ἤν c. coni. exstat, quae structura multo saepius occurrit. Omnibus locis quos inveni, exceptis tribus, verbum εἶναι exstat vel intellegitur.

b α) In prot. opt. aor., in ap. ind. praes. exstat.

Peleus (And. 699 sqq.) in superbiam magistratuum invehitur, affirmatque plebem illis prudentia superiorem esse.

701 οἱ δ' εἰσὶν αὐτῶν μυρίῳ σοφώτεροι,
εἰ τόλμα προσγένοιτο βούλησίς θ' ἅμα.

Horum exemplorum causa ind. praes. in iis quae nunc sequentur intelligendus esse mihi videtur, non optativus c. ἄν (εἴη ἄν).

a α) In prot. opt. praes. exstat.

And. 770 εἴ τι γὰρ πάσχοι τις ἀμήχανον, ἀλκᾶς
οὐ σπάνις εὐγενέταις.

Cetera exempla sunt: Suppl. 1008, Jon. 731, frag. 315.

b α) In prot. opt. aor. exstat.

Alc. 540 λυπουμένοις ὀχληρός, εἰ μόλοι, ξένος.

Cetera exempla haec sunt: Hipp. 985, Med. 630. 1109, Tr. 401, frag. 163.

aa α) In ap. v. δεῖ exstat.

Frag. 211 τί δεῖ καλῆς
γυναικός, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι;

b α) In prot. opt. aor., in ap. χρή exstat.

Frag. 463 εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς
κρύπτοντα καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε.

b β) In prot. opt. aor., in ap. aor. gno. exstat.

Frag. 775 v. 43 εἰ δὲ τύχα τι τέκοι,
βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψε φάτις.

Etiam haec est sententia generalis. Similes sententiis generalibus sunt eae quibus, ad rem praeteritam spectantibus, actio repetita significatur. Cum is qui rem enarrat, optativo utitur in en. condicionali, cum res ageretur, coniunctivum adhibuisset. Quod exemplis exponam. Indic. imperfecti semper in ap. invenitur.

a) In prot. opt. praes. exstat.

In Hec. 1132 sqq. Polymestor enarrat, quomodo ab Hecuba et aliis mulieribus Troianis filii sint interfecti et ipse oculis privatus sit.

1164 παισὶ δ' ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς,
εἰ μὲν πρόσωπον ἐξανισταίην ἐμόν,
κόμης κατεῖχον, εἰ δὲ κινοίην χέρας,
πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυον τάλας.

Eo ipso tempore dixisset ἢν μ. πρ. ἐξανιστῶ ἐ., κ. κατέχουσιν, ἢν δ. κινῶ χ. κτἑ.

Ceteri loci hi sunt: And. 223, Suppl. 898, Hipp. 1227. 1230, Med. 1216, Tr. 1004. 1007.

aa) εἰ μή c. opt. praes. exstat.

Alc. 755 ἀλλ', εἴ τε μὴ φέροιμεν, ὤτρυνεν φέρειν.

Haec verba illis respondent ἤν τε μὴ φέρωμεν, ὀτρύνει φ. (sc. Ἡρακλῆς). Accedit J. A. 341.

b) opt. aor. exstat:

J. T. 325. 326, Phoen. 1384, fragg. 222. 813 v. 1. Optativum aor. coniunctivo aor. respondere consentaneum est.

3) In particula εἰ vis interrogativa inest.

Hel. 737 ἄγγειλον ἐλθὼν τοῖς λελειμμένοις φίλας
738 τάδ' ὡς ἔχονθ' εὕρηκας οὗ τ' ἐσμὲν τύχης,
741 κεἰ τήνδε πως δυναίμεθ' ἐκκλέψαι χθονός,
742 φρουρεῖν, ὅπως ἂν κτἑ.

Cf. cap. I, 3. L. Dindorfius ex καὶ τήνδε πῶς restituit κεἰ τήνδε πως.

III. Post εἰ, εἰ γάρ, εἴθε, optativus (et uno loco coniunctivus) in sententiis invenitur, quibus optari aliquid significatur.

Langius in dissertatione, cuius supra mentionem feci, has particulas non primitus condicionales esse, neque has enuntiationes esse secundarias, recte conclusisse mihi

videtur. Bernhardius, Matthiaeus, Kuehnerus, Baeumleinius, Goodwinius particulas istas condicionales esse et verba *καλῶς ἂν ἔχοι* vel sim. esse supplenda assumunt. Dicitur quidem Germanice simili modo *wenn doch*, sed, ut Langius[1]) monuit, significatio particula *wenn* (et addo *if*) a vi antiquiore oriri potuit.

Optativum his locis invenimus: Alc. 92. 455. 719, Bacch. 1253, Hel. 169. 1478, Hec. 836. 1067, El. 663, Suppl. 370. 620. 1145, Hipp. 1111. 1410, J. T. 441. 1221, Jon. 151. 411. 979, Cycl. 437, Or. 1100. 1209, Rh. 464, Tr. 207. 1102, frag. 122.

Coniunctivum post *εἴθε* in Suppl. 1028 reperimus.

Quae cum ita sint, haec concluduntur:

1. Apud Euripidem, ut in Aeschyli et Sophoclis fabulis, aut *ἤν* aut *ἐάν* inveniri, et quidem *ἐάν* numquam nisi metri causa; formam *ἄν* numquam inveniri apud Eur.
2. Euripidem coniunctivum post *εἰ* numquam posuisse.
3. Euripidem multo saepius, Sophoclem paullo saepius *ἤν* c. coni. quam *εἰ* c. fut. usurpavisse, cum Aeschylus paene semper *εἰ* c. fut. adhibuerit; Euripidem igitur omnium tragicorum sermonem popularem maxime secutum esse.
4. Euripidem *εἰ* c. opt. in sententiis generalibus saepe usurpavisse.

[1]) L. l. p. 6.

Sententiae controversae.

I.

Sophoclis versus Ant. 905—912 sunt genuini.

II.

Prologus Andriae Terentianae prioris actionis non fuit.

III.

Xenophon recte dicitur fuisse discipulus Socratis.

Vita scriptoris.

Natus sum Franciscus Johnson Clarksvilliae Tennesseensium die V m. Decembris a. MDCCCLII. Parentes carissimos, Augustum et Susannam e gente Dryden, superstites esse gaudeo. Fidei addictus sum Christianae. A. MDCCCLXXII Lexingtoniae Kentuckiensium examen compluribus in disciplinis sustinui. Cum annis V post Berolini scholis menses paucos interfuissem, in patria mea aliquantum temporis ludum litterarum habuissem, unum annum in gymnasio Hokinsvilliensi mathematicam docui. Denique Berolinum a. MDCCCLXXXIX redii. Ex quo tempore civis fui universitatis Fridericae Guilelmae. Hic me docuerunt viri praeclarissimi Curtius, Diels, Ebbinghaus, Kirchhoff, Koehler, Paulsen, Vahlen, Zeller. Ad exercitationes suas philologicas vir clarissimus Diels aditum mihi per unum semestre benigne concessit. Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias ago quam maximas.

Imprimis vero Hermanni Diels, qui beneficiis maximis me obstrinxit, memoriam colere numquam desinam.

Typis expresserunt Gressner et Schramm, Lipsienses.